Hacke,

PP. Eremitarum Camaldulensium ad Varsaviam

MARIA DEIPARA SEMPER VIRGO

VIDELICET,

ET CORPORE ET ANIMA SEMPER INCORRUPTA;

POTISSIMUM,

IN SUA CONCEPTIONE IMMACULATA:

Ex Sacra Scriptura, SS. Patribus & Doctoribus Ecclesiæ; ex Theologicis, Juridicis & aliis Rationibus:

Sigillatim,

Ex Titulis Ejusdem Beatissimæ Virginis

DEI MATRIS

RHYTHMICE DEMONSTRATA:

Per M. A. H. A. C. C. O. S. O. C.

Anno Quo,

LeopoLDVs IMperator AVgVstVs AVstrIæ gLorIa, GetIs In PannonIa opponIt sIgna.

Typis MONASTERII OLIVENSIS Sacri Ordinis Cisterciensis

Imprimebat *Georgius Franciscus Fritsch, Factor.* 1683.

S. Chrysost. To. 5. Or. 1. in Annunc. B. V.

Missus est incorporeus servus ad intaminatã Virginem; *Missus est immunis à peccato ad eã, quæ* Corruptionis omnis expers *erat.*

S. Ambros. lib. de Virg.

Virgo *erat non solùm* Corpore, *sed etiam* Mente.

S. Hier. Epist. de Assumpt.

Ideò Immaculata, *quia* in nullo Corrupta.

S. Fulgent. serm. de Duplici Christi Natura.

In Primi Hominis Conjuge nequitia Diaboli seductam depravavit mentem. In *Secundi Hominis Matre, GRATIA* DEI & Mentem *servavit integram &* Carnem.

S. Bonaventura in 3. d. 3.

Congruum fuit, ut Mater Filii DEI sic esset immaculata Mente *sicut* intemerata Carne.

S. Th. de Villan. ser. 2. de Ann. B. V.

MARIA tota *& undequaq;* Virgo. *Virgo* Carne, *Virgo &* Mente. *Virgo aspectu, Virgo contactu. Virgo cogitatu, Virgo affectu. Virgo sermone, Virgo opere, Virgo spiritu, Virgo sensu. Virgo plenissima, Virgo illibata, Intacta* Corpore, *Intacta* Mente *Intacta Cogitatione.*

AUGUSTISSIMO MONARCHÆ, INVICTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI

LEOPOLDO I.

Domino, Domino ac Mœcenati Clementissimo.

SUprema totius Orbis Imperatrix nunquam Victa Semper Victrix se Tuis sistit obtutibus, Invictissime Orbis Christiani Imperator; & quæ Incorrupta Semper Virgo, primo statim Sacrati Ortûs Sui instanti gloriosè triumphavit: ad primas Sacri Martis Tui instantias, Tuæ Fidei planè semper Virgini nunquam corruptæ tuendæ gloriosos præsagit & præparat triumphos. Hæc est Una Sola Justitiæ Amicta Sole, Constans & Lunæ inconstantis & mortiferi Draconis Conculcatrix; Unũ Te Solum, & Solio Romani Imperii Serenissimum, & Sole Religionis protegendæ, ac

Justitiæ servandæ Splendidissimum, tam Lunæ Ottomanicæ proterendæ, quàm Scythico Draconi propulsando Sustentatura. Macte animo Augustissime Monarcha, nec angustos, sed amplissimos concipe Spiritus. Vicit Leo de Tribu Juda in hujus Augustæ Immaculatè Conceptæ Reginæ ulnis accumbens, per virtutem Crucis: Te Leopoldum sub alis Ejus Purissimæ Conceptionis recumbentem, Crucis, quâ etiam Hungaria Tua insignitur, patrocinio faciet Victorem. Vovet id Sacrosancta Mater Ecclesia; vovet gravi Hostilitatis & Dissensionum jugo oppressa Pannonia; vovet & Vicina novo Fœdere juncta Sarmatia; ex qua Plantis Tuis profundè acclinis minimum quidem hoc, ampliùs tamen abinde Magnæ Virginis ac Tuis augmentandum Trophæis; Potenti Dexteræ Tuæ, profusi Cultûs sui devovet argumentum.

AUGUSTISSIMÆ & INVICTISSIMÆ
MAJESTATIS TUÆ

Minimus Cliens, Servus, &
Exorator humillimus.

M. A. H. A. C. C. O. S. O. C.

Iconis Analysis.

DEUS qui lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. 1. *Joan.* 1. 5. qui est Pater Luminum, apud quem nulla transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, *Jac.* 1. 17. Matris suæ Semper Virginis, Sole Justitiæ, *Matth.* 4. 2. Amictæ, *Apoc.* 12. 1, duodecim Stellis Coronatæ, nimirum singulariter Privilegiatæ sinum incolens, à tenebris & umbrâ Mortis *Luc.* 1. 79. eam protegens; tanquam Speculum sine Macula *Sap:* 7. 26, Immaculatam *Cant.* 5. 2. servans: Electam ut Sol *Cant.* 6. 9. absq; tenebris, Puchram ut Lunam plenam *Cant. Ibidem.* absque mutatione & vicissitudine sibi præparavit. Hæc Una est *Canticor.* 6. 8. Unica Columba ejus, sine felle peccati, à veneno & insidiis Draconis *Apoc.* 12. 4. libera; Ipsa est Lunam *Apoc.* 12. 1. Cornutam peccati Calcans: Ipsa Conterens Caput serpentis *Gen.* 3. 15. Virtute Crucis interempti. *Coloss.* 2. 14. Et licet Decretum Generale feriat hominem; Morte morieris *Gen.* 2. 17. Privilegium tamen Speciale excipit Semper Virginem omni exceptione majorem: Noli metuere (sic Angelus; Ne timeas Maria *Luc.* 1. 30.) Non morieris, Non enim pro Te, sed pro omnibus hæc lex constituta est *Esth.* c. 5. 13. Manet proinde sicut Lilium inter spinas *Cant.* 2. 2. & è spinis orta, *Gen.* 3. 18. absq; spinis Rosa, digito suo indigetans, quòd Digitus DEI sit hic, *Exod.* 8. 19. *Luc.* 11. 20. & Virtus Altissimi obumbrans *Luc.* 1. 35. Deniq; DEVS ab Austro veniens *Abac.* 3. 8, & Regina Austri *Matt.*

cap. 12.

c. 2. 42. comparens Vna Tæniâ Austriacâ velut unicâ Rectitudinis Christianæ Regulâ objectâ, & adjectâ Parmâ Sarmaticâ plusquam Palladiâ, Genimina Viperarum conterente: Lunam Thracicam Austeram, Truci Stygio Draconi subjectam, velut Bestiam Primam *Apoc.* 13. 11. Bestiæ secundæ Prodromam confringens adumbratur: utinam Felici Fausto & Fortunato Auspicio.

LECTORI MARIOPHILO.

CVm solius DEI sit MARIAM pro Dignitate laudare *S. Andr. Cret. Or. de Dormit. Deip*, & sic præter DEVM nemo idoneus inveniatur; non debet tamen, etiam quilibet peccator cessare à laudibus Virginis Gloriosæ. *S. Hier. s. de Ass.* Mihi dictum credo: Quantũ potes, tantũ aude: quia major omni laude, nec laudare sufficis. *S. Th. Aqv.* Prima & summa laus MARIÆ est esse Matrẽ DEI, de qua natus est JESVS qui vocatur Christus, *Matth.* 1. 16. Hoc omnem naturæ & creaturæ captum excedit. Huic accedit, non minùs incomprehensum, esse Deiparam Semper Virginem; qualis semper ab Ecclesiâ *in Hymn. & alibi* nominatur. Semper Virgo, non fuisset; si primo Conceptionis Momento maculata, adeoq; per peccatum corrupta fuisset. Et hinc origo Tituli. Res ipsa in materiâ ingens, & inexplicabilis; in formâ Rhythmi modica & exiliter explicata, nihilominùs propediem majus à Sententiis & Auctoritatibus SS. Patrũ in margine connotandis lumen habitura. Et quia quæcunque in Scripturis, vel in Creaturis

turis ſunt laudabilia, ejus ſunt laudi convenientia, *Hug. Vict. Inſt. Monaſt. ſ. 34. to.* 1. ea omnia in titulos redacta; ac, ubi licuit, Immaculatæ Conceptioni ſunt appropriata. Quidquid demum in Sententiis Theologorum reperitur ſublime de MARIA, hìc congeſtum eſt. Nam quid majus Matre Domini? *S. I. Damaſ. ſ. 3. in Nat.* Excepto DEO ſola eſt omnibus major. *S. Andr. Cret. ſ. de Dorm. V.* Ipſa eſt quâ majorem facere DEUS non poſſet. *S. Bon. Spec. V.* c. 10. Unde ô ter SacroSancta Virgo, de qua qui omnia illuſtria & glorioſa dixerit, nunquam is quidē à veritatis ſcopo aberrabit, attamen dignitatis magnitudinem nulla unquam oratio exæquabit. *S. Baſ. Or. 39.* Siquidem nihil Tibi Domina æquale, nil comparabile. Omne quod eſt, aut ſupra Te eſt, aut infra Te eſt. Supra Te ſolus DEUS, infra Te omne quod DEUS non eſt. *S. Anſel. l. de Conc. V.* Igitur ſeponendus eſt humanus ſenſus, ubi totum quod dicitur eſt Divinum. *S. P. Chryſol. ſ.* 146.

Facul-

Facultas Perillustris ac Reverendissimi Domini Vicarii & Commissarii Generalis Sac. Ord. Cisterc. per Regnum Poloniarum, Prussiam & Litvaniam.

R*Hythmos de Immaculata Conceptione B.V. MARIÆ sub titulo :* MARIA DEIPARA SEMPER VIRGO, *à Reverendissimo D. Michaele Antonio Hacki, Sac. Ord. Cisterc. Abbate Colbacensi, Coadjutore Olivensi, Sac. Reg. Majest. Poloniæ Secretario & Eleemosynario conscriptos : Cum aliquot è nostris Theologis examinaverint, & dignos luce censuerint : potestate meâ Vicariali à Capitulo Generali mihi datâ, ut in publicum prælum prodeant concedo. In Monasterio meo Landensi, Die 19. Januarii Anno 1683.*

Joannes de Rokszyce Zapolski, Abbas Landensis, Vicarius & Commissarius Generalis Sac. Ord. Cist. per Poloniam, S.R.M. Secretarius.

Approbatio Loci Ordinarii.

R*Hythmus in honorem Immaculatè Conceptæ Matris DEI Virginis sub Titulo :* MARIA DEIPARA SEMPER VIRGO, *à Reverendissimo Domino Michaele Antonio Hacki, Abbate Colbacensi, Coadjutore Olivensi, Sacri Ordinis Cisterciensis, Sacræ Regiæ Majestatis Poloniæ Secretario & Eleemosynario concinnatus, à Theologis censuratus & approbatus, non tantùm Honori & Cultui Divæ Virginis Matris propagando inserviens : sed etiam magis ac magis piam Sententiam de Immaculata Conceptione promovens, ut publicæ luci tradatur, facultate ad id mihi datâ ab Illustrissimo Domino Episcopo Vladislaviensi, dignum censeo. Vladislaviæ Die 17. Junii 1683.*

Balthasar Alexander Gissa, V.J.D. Gnesnen. Vladislav. & Varsavien. Canonicus, Offic. Gen. Vladislavvien.

1. α SUmma Mater β Summi DEI, α S.Bern. in Rhyth. β Tob. 3.34
Omnis Virgo Speciei;
Semper Pura, Illibata:
MARIA γ ex DEO nata. γ Ioan. 1.13.

2. δ Dignare me, Te laudare, δ Eccles. Vers.
Ortum Tuum celebrare,
Nullâ labe inquinatum,
Omni decore ornatum.

3 Quamvis ε pulvis sim & cinis, ε Genes. 18.27.
Tuo Splendori acclinis,
Velut umbra sequor Ducem,
Adorando Tuam Lucem.

4. Tu ζ Electa ut Sol jactu ζ Cant. 6.9.
Radiorum, & attractu
Pulverem abjectum tolle;
Et in sublime attolle.

5. Atomum potes mutare,
In Nubem claram formare;
Tuâ Luce luci dare:
Ut Te queat adumbrare.

6. Tu Rogus Sancti Amoris,
Tui Virtute ardoris,
Cinerem vilem transforma;
Et in Cryſtallum efforma.

7. Ita è cæno extractus,
In Lucem Tuam protractus;
Et Tuâ Virtute nixus,
Et Tibi ſemper affixus,

8. Pulvis & Cinis valebo;
Nubes & Vitrum Lucebo:
Tui Luminis figmentum,
Tuæ Laudis inſtrumentum.

a Caſimiri Rhythm.

9. [a] Quamvis ſciam, quod laudare,
Te dignè, ac prædicare,
Nemo queat: non linquenda
Tamen es, nec reticenda.

10. Leva ergo vilitatem
Meam, & indignitatem;
Purga culpæ fæditatem:
Da Gratiæ Venuſtatem,

11. Tu quæ Summæ Dignitatis
Apex es, & Puritatis;
α Gratiæ Fons: & Coronis
Omnis Benedictionis, α S. Ephr. in Lau. Vir.

12. Benedic meum conatum
Honori Tuo sacratum;
Mentem, cor, os, manum munda:
Divino Verbo fæcunda.

---

13. β AB æterno-Ordinata. β Prov. 8. 19.
Eras, Tu Immaculata;
Quæ gigneres Te Creantem,
Te â labe Præservantem.

14. Nam γ ex ore prodiîsti γ Eccli. 24. 5.
Altissimi, δ MATER CHRISTI: δ Eccl. in Litan.
ε Ante omnem Creaturam ε Eccl. 24. 5.
Primogenita venturam.

15. Ex Omnibus Præelecta,
Et supra Omnes Evecta;
ζ MATER futura CUNCTORUM ζ Gen. 3. 20.
Gratiâ DEI VIVORUM.

α Prov. 8. 20. 16. α Nondum erant tenebrarum
A peccato productarum
Abyssi, jam Tu Concepta
Eras, DEI Luce septa.

β Ioan. 8. 12. 17. Ut quæ β Lucem Mundi dares
Mundo; & illuminares,
Caliginem universi
Culpæ Abysso submersi.

γ Luc. 1. 27. δ S. Alb. Mag. in Luc. 1. ε Ioan. 1. 9.
18. γ MARIA δ Illuminatrix
ε Lucis Veræ Propagatrix
A Divina Luce Sata:
Tota Lucida Prognata.

ζ Gen. 1. 3. η Iac. 1. 17. θ Gen. 1. 4.
19. Quin ζ Lux es primò Creata,
η A Patre Luminum data;
Semper θ Bona ipsi visa:
A tenebris es divisa.

20. Lux Pura in suo actu,
Nullius sordis contactu
Unquam potens inquinari;
Nullo cæno maculari.

21. O α Lux inaccessibilis! α Tim. 6. 16.
Per quam β Deus visibilis β Bar. 3. 38.
Factus; in quâ habitare,
Ex quâ voluit monstrare

22. Suum Orbi Salutare,
Tanquam γ Május Luminare. γ Gen. 1. 16.
Sed Te Luminare Minus
Orbi dedit Sol Divinus

23. Ex Te Luce suâ ortus:
(Procul tenebræ abortus)
δ Lux de Luce DEO PATRE: δ Symb. Nic. Conc.
Lux de Luce ALMA MATRE.

24. ε Progressa es ut Aurora, ε Cant. 6. 9.
Surgens absq; noctis morâ;
Luce Gratiæ Decora:
ζ Aurea Gratiæ Hora. ζ S. Brig. Rev. l. 6. c. 55.

25. η Quasi Stella Matutina η Eccl. 50. 6.
Fulgens Virtute Divinâ
Et tenebras prævenisti;
Et Lucem apprehendisti.

α Cant. 6. 9. 26. α Pulchra velut Plena Luna,
β Ioan. 1. 16. β De plenitudine una
Hauriens; ſed ſingulari
Modo, neque ulli pari.

γ Luc. 1. 28. 27. In Ortu γ Gratiâ Plena,
Unica Gratiæ Vena
Facta: nec ullus defectus
In Te, ſed plenus profectus.

28. Licet noxæ nox inceſſit
Orbem totum, & oppreſſit;
Te Solam ſemper reſpexit
Sol, & Luce Plenam texit:

29. Ut Sola irradiares,
Et noctis umbras fugares.
Una Tu Luna Perfecta,
Nullâ Eclipſi obtecta.

30. Tota Soli dedicata,
Soli DEO conſecrata:
Tota Sole illuſtrata,
Solo DEO imprægnata.

31. Ele-

31. α Electa ut Sol, à Sole, α *Cant.* 6. 9.
DEI atque Tuâ Prole:
In Sole nil tenebrarum,
In Te nihil macularum.

32. β Mulier Sole Amicta, β *Apoc.* 12. 1.
Magnum Cæli Signum dicta;
A tenebris præservaris:
Radix Solis præsignaris.

33. In Te Sedem collocavit,
γ Tabernaculum firmavit γ *Psal.* 18. 5.
Sol Mysticus: semper δ stando, δ *Ios.* 10. 12.
Contra Gabaon bellando.

34. A Te nunquam ε retrocessit, ε 4. *Reg.* 20. 34.
Imò in Te antecessit;
Tibi Salutem daturus,
Mortem culpæ præventurus.

35. Nunquam in Te ζ obscuratus ζ *Luc.* 23. 45.
η Sol Justitiæ, ex Te natus. η *Mal.* 4. 2.
Ut Origo Lucis Pura
Exòreris in naturâ.

α 2. Cor. 6. 14. 36. α Ecquid cum tenebris luci?
Nil habet Puritas fuci,
β 1. Thess. 5. 5. β Filia Lucis fuisti;
γ Ioan. 12. 36. Semper γ in Luce mansisti.

δ Eccl. 43. 2. 37. Vere δ Vas admirabile,
In Luce Immutabile;
Opus Excelsi Illibatum:
ε S. I. Damasc. Or. de Dormit. Deip. ε Cælum DEI Animatum.

ζ Apoc. 12. 1. 38. Tuis ζ Pedibus subjecta
Luna peccati abjecta,
Inconstantis Voluntatis
Proles, atq; Voluptatis.

39. Noctilucam tenebrosam
Conculcas DEO exosam:
In Nocte delicti non stans;
In Luce Gratiæ constans.

η Apoc. 12. 1. 40. η Caput duodenæ stringunt
Stellæ, ut Corona cingunt;
θ Iud. 5. 20. θ Contra Sisaram pugnantes:
Prærogativas signantes.

41. Hic

41. Hìc omnis Virtutum Chorus,
Ubi Deitatis thorus.
Nullus hìc umbræ acceſſus,
Omnis in Luce progreſſus.

42. Ut α Caſtrorum ordinata *α Cant. 6. 9.*
Acies Bello parata;
Terribilis ad arcendas
Tenebras es, & pellendas.

43. β Mane ſemper opportunus, *β Gen. 1. 5.*
Et veſpere Dies unus;
In Te relucet amœnus,
Et abſque Nube ſerenus.

44. Dies Gratiæ Divinæ
In Te fulget abſque fine,
Sol Te Diem claram fecit,
Abſque nocte Te perfecit.

45. γ Lucerna Tua nam Agnus, *γ Apoc. 21. 23.*
δ Lux Mundi, ε Oriens Magnus: *δ Ioan. 9. 5.* *ε Zach. 6. 12.*
E ſinu Tuo clareſcens,
Gremio Tuo ſplendeſcens.

α Cant. 1.6. 46. Tu α Meridies Cubantis
Dilecti es, & Lactantis ;
In Auge Cœli coruſcans :
Orci noctuas obfuſcans.

47. Aurorâ rutilantior,
Et Stellis cunctis clarior ;
Et Lunâ pulchrâ pulchrior :
β Sap. 729. Et β Sole ſpecioſior.

γ Apoc. 21. 10. 48. γ O Hieruſalem beata !
δ Ibidem. δ Civitas DEI ornata ;
ε Pſ. 86. 3. ε Dicta de Te glorioſa.
Urbs cœleſtis ſpecioſa.

ζ Pſ. 86. 5. 49. Ipſe ζ Altisſimus eam
Nullius defectûs ream
Virtute ſuâ fundavit :
Perfectisſimam creavit.

η Pſ. 41. 5. 50. η In voce exultationis,
Et ſanctæ confesſionis
Ibi epulantis ſonus ;
Ubi DEitatis thronus.

51. Procul triſtitiæ ſpectrum,
Ubi lætitiæ plectrum;
α Gaudium Domini verum, *α Matth. 25.21.*
Merum, β plenum, & ſincerum. *β Ioan. 16.24.*

52. Procul certa minis lucta;
Hìc γ Pacis viſio ſtructa. *γ Hieruſalem interpretatur.*
δ Eſt in Pace DEI locus; *δ Pſal. 75.3.*
Nullus hìc bellorum focus.

53. ε Fines Tuos Pacem ponit *ε Pſ. 147. 14.*
ζ Rex Pacificus, opponit *ζ Salomon interpretatur.*
Se pro Arce Syon murum,
Hoſti minimè ceſſurum.

54. Sic η portarum confortavit *η Pſ. 147.13.*
Seras, ſtrictè obfirmavit:
Pro ſe θ clauſam portam ſervat, *θ Ezech. 42.2.*
Ab hoſtis auſu præſervat.

55. ι Syon Urbs fortitudinis *ι Iſa. 26.1.*
Securæ celſitudinis.
κ Salvator ſtat pro reali *κ Ibidem.*
Muro, & ante-murali.

56. Procul timor, procul pavor,
Summus hìc Divinus favor
Omnem dat tranquillitatem;
Et firmat securitatem.

α Psal. 80. 2. 57. α In Montibus Fundamenta
Sanctis stant, & Firmamenta,
β Eccli. 24. 16. β In plenitudine merè
Sanctorum detenta verè;

γ Ibidem. 58. γ In populo radicata
Honorificato: rata
δ Ibidem. δ Hæreditas est in parte
DEI, nullo rapta Marte.

59. Pro suo DEUS honore
ε Matt. 7. 24. ε Viri Sapientis more
ζ 2. Cor. 10. 4. Domum supra ζ Petram struxit;
Nil in hâc Orcus destruxit.

η Psal. 45. 6. 60. η DEUS in medio Tui
Non est commotus, sed sui
ϑ Ibidem. Respectu, Te ortam ϑ mane
Diluculo juvit sanè.

61 α In medio umbræ mortis *α Ps. 22.24.*
Ambulans, malis obortis
Non pavida; cùm ſit Tecum,
Is, qui tutamen fert ſecum.

62. β Tecum Dominus γ Virtutum, *β Luc. 1. 28.*
Tibi dans munimen tutum. *γ Ps. 23.10.*
δ Mille Clypeorum cura, *δ Cant. 4. 4.*
Omnis fortis armatura.

63. ε In auxilio ſubſiſtens *ε Ps. 90. 1.*
Altisſimi, ac perſiſtens,
In protectione gratâ *Ibidem.*
DEI cæli commorata;

64. A laqueo liberata, *Ibidem. 3.*
Verbo aſpero privata,
Sub pennis DEI ſpe latâ, *Ibidem 4.*
Et ſcapulis obumbrata;

65. Atque circumdata tuto *Ibidem 5.*
Veritatis ejus ſcuto:
Tam à timore nocturno,
Quàm ab incurſu diurno, *Ibidem 6.*

66. Et à ſagitta volante,
Ac negotio vaſtante
Penitus non timuiſti;
Nec unquam læſa fuiſti.

Ibidem 7. 67. A latere ceciderunt,
Et à dextris perierunt
Mille, ac millia decem,
Tibi ſtruentia necem.

Ibidem 9. 68. Refugium poſuiſti
Altisſimum, & ſumpſiſti,
Ibidem 10. Ad Te malum non accesſit
Flagellum à Te recesſit.

α Ibidem 13. 69. Quin α aſpidi inambulâſti,
Baſiliſcum propulsâſti;
Et conculcâſti Leonem:
Et protriviſti Draconem.

β Pſ. 67. 7. 70. β Locus habitationis
DEI, atque manſionis
γ Bar. 3. 24. Sanctus eſt; γ poſſesſionis
δ Pſ. 47. 3. Ingens locus: δ Mons Syonis.

71. α Domum DEI Sanctitudo
Nam decet, & magnitudo.
Hoc β DEI Habitaculum,
γ Magnum Mundi Miraculum.

72. δ Magnus Dominus in eo,
In quo ε gratum ſtare DEO.
ζ Tota terra exultavit,
Cùm DEUS Syon fundavit.

73. η Quàm magna eſt Domus DEI!
Nulla fabrica par ei.
ϑ In nullis Regnis Potentûm
Opus ſimile inventum.

74. Magnum ι ſanctum Dei Tem-
Non habet ſui exemplum (plum
κ Nullus hìc ſtrepitus tonat,
Solum λ DEI Verbum ſonat.

75. Hìc μ in medio ſuſcepta
Templi, gratanter arrepta
Miſericordia DEI
Omnis refugium ſpei.

α *Pſ. 92. 5.*
β *Eph. 2. 22.*
γ *S. Chryſoſt. Or. de Hypap.*
δ *Pſ. 47. 2.*
ε *Pſ. 67. 17.*
ζ *Pſ. 47. 3.*
η *Bar. 3. 24.*
ϑ *3. Reg. 10. 20.*
ι *1. Cor. 3. 17.*
κ *3. Reg. 6. 7.*
λ *Ioan. 1. 14.*
μ *Pſ. 47. 10.*

α *Eccli. 24. 12.* 76. α Creator omnium, qui Te
Creavit, quievit ritè
In Tabernaculo Tuo,
β *S. Ansel. All. Coel. 28.* β Templo Majestatis Suo.

γ *Hebr. 9. 11.* 77. Magis γ amplum & perfectum
Tabernaculum electum,
Virtute DEI peractum
Ibidem. Non est, neque manufactum;

78. Nec hujus Creationis
Ex Adam contagionis:
Sed novæ Formationis,
Et excelsæ Rationis.

δ *Idiot. in Contempl. B. V.* 79. δ Opus à DEO paratum,
Ab omni labe servatum;
ε *Luc. 11. 28.* ε Verbo DEI consecratum:
ζ *Gen. 24. 22.* ζ Aula DEI nuncupatum.

η *Apoc. 21. 27.* 80. In hanc η nil coinquinatum,
ϑ *Ephes. 5. 27.* ϑ Null âmaculâ fœdatum
Intrare potest; quæ Pura
Ædes DEI permansura.

81. Ab-

81. Absit, ut quandoque dici
Possit, manu inimici
Fuisse contaminatum
Templum DEO dedicatum.

82. α Gloria DEI replevit
Hanc Domum; decrevit:
Ut β foris canes abessent,
γ Holocaustaque adessent.

83. Holocaustum VIRGO tota
Fuisti DEO devota,
Ab Ortûs Tui momento
Gratiæ stans adjumento.

84. δ Ab initio Beata
Ante secula Creata.
DEUS ε possedit suarum
Te initio viarum,

85. Absit, ut vel ad momentum
Sub Diaboli tormentum
Possessio sit concessa
Tui, sisque hanc perpessa.

α *3. Reg. 8. 11.*
β *Apoc. 22. 15.*
γ *Numer. 28. ver. 3. 10. Ps. 65. 15.*
δ *Eccli. 24. 14.*
ε *Prov. 8. 18.*

86. Ad primam Conceptionem
In Tui Possessionem
Tota Divinitas venit,
Atque malignum prævenit

α S. Lau. Iust. s. de Nat. B. V.

87. Jam tunc α DEI PATRIS Nata
Sancta & intemerata
Potens, vi Omnipotentis
Facta Calcatrix serpentis.

β Eccl. in Antiph.

88. Tunc FILII DEI β Alma
Mater, Victrix Crucis palmâ
Sapientiâ luxisti;
Hostis astum delusisti.

γ S. P. Dam. s. 3. de Sp. San.

89. Tunc γ SPIRITUS SANCTI Pura,
Sponsa; ipsi jam matura.
Amore æterno arsisti
Sic Satanam abegisti.

90. Sacro Sanctæ TRINITATIS
Et UNIUS DEITATIS

δ Psal. 9. 22.

Ex tunc jam δ Sedes parata
Eras illi semper grata.

91. To-

91. α Tota pulchra es Amica *α Cant. 4. 7.*
DEI, Satan Inimica.
In Te macula non adeſt, *Ibidem.*
Culpa omnis à Te abeſt.

92. Ubi plena pulchritudo,
Ibi nulla turpitudo.
Una es Tota β formoſa, *β Cant. 6. 8.*
Una ſola gratioſa. *Cant. 2. 10.*

93. γ Filiæ Syon viderunt *γ Cant. 6. 8.*
Te, ac mox prædicaverunt
Beatiſſimam præ cunctis
Gratiâ Divinâ unctis.

94. δ Quæ eſt iſta, quæ aſcendit *δ Cant. 8. 5.*
De deſerto, ſurſum tendit
Deliciis affluendo,
Et Dilecto innitendo?

95. Tu es illa ε Specioſa *ε Eccl. in Ver.*
Gratiâ Delicioſa,
Quæ de hoc mundi deſerto
Scandis, non deſerta certò.

96. Imò Summo DEO plena
Progrederis in arena,
Delicias dispergendo:
Gratias dispertiendo.

α *Cant.* 6.2. 97. Nam α Dilectus Tuus Tibi
Et Tu Illi; ita ibi
Semper uniti mansistis;
Invicem vos respexistis:

98. Ille Te præveniendo
Gratiâ, Tu subsequendo
Amoris promptitudine:
Profectûs amplitudine.

β *S. Greg. Mag.* 99. Si β DEITAS Incarnata
Per Te venit Calceata;
γ *Cant.* 7.1. γ Quàm pulchri Tui incessus,
In Calceamentis gressus

100. Filia Principis Magni!
Tuta exuviis Agni
δ *Gen.* 3.15. δ Caput hostis contrivisti;
Insidias evasisti.

101. A DEO ita egressa,
Et in hunc mundum progressa,
α Ut Virgula fumi pares; α Cant. 3. 6.
Et aromatibus clares.

102. Hic Mortificationis
Myrrha, Thus Devotionis, Ibidem.
Hic Lilium Castitatis,
Hic Nardus Humilitatis

103. β Odorem suum dederunt, β Cant. 1. 11.
Et DEum ad Te traxerunt:
Ut in accubito suo
Rex gauderet sinu Tuo.

104. γ Filia nam audivisti γ Psal. 44. 11.
Vocem DEI & vidisti,
Aurem Tuam inclinâsti; Ibidem.
Domum Patris abdicâsti.

105. δ Populi Tui oblita, δ Ibidem v. 11.
Non ivisti viâ tritâ:
Soli DEO adhæsisti,
ε A Dextris ejus stetisti. ε Ibidem v. 10.

α Matth. 25. 33. 106. α Agna Pura β sine notâ:
β Exod. 12. 5. Procul ab hœdis remota.
In Te namq́ue nil sinistrum,
Contentans orci ministrum.

γ Ibidem v. 12. 107. Inde γ Rex Tuum decorem
Concupivit, atq́ue florem
Virginitatis amavit:
In Matrem Te adoptavit.

δ Ibidem 14. 108. Hinc δ omnis Gloria Regis
Filiæ ab intus; Legis
Communis immunitatem
Habens, & integritatem.

109. Ne culpa Te aliena
Inficeret, cui pro pœnâ,
Mors lata est: at Tu ε Vitæ
Mater es in CHRISTO sitæ.

ζ Rom. 5. 15. 110. ζ NOn sicut fuit delictum
Ab Adam cunctis inflictũ
Ibidem. Ita est & DEI donum
Humano generi pronum.

111. Multi

111. Multi delicto α unius *α Rom. 5. 12.*
Mortui Adæ ſolius.
Gratia β ſed abundavit, *β Ibidem 15.*
Et in plures redundavit.

112. Ergo aliqui exempti,
Nec à peccato peremti.
Namque gratia refecit
Plures, quam culpa infecit.

113. Nullus hanc reperit viam
Præter CHRISTUM & MARIAM.
CHRISTUS propriâ virtute
Liber, tanquam DEUS tutè.

114. MARIA per CHRISTUM facta
Libera; morte abacta
Culpæ, per γ prævisam mortem: *γ Eccl. in Orat.*
Hoc decuit Matris ſortem.

115. De δ Terrâ Virgine primus *δ Gen. 2. 7.*
Homo factus, terræ limus
Non maledictæ: ſecundus
Quidni hâc ſorte fæcundus?

116. Tu

α Psal. 84. 2. 116. Tu α Terra es Benedicta,
β Ex. 10. 24. Et β Promissionis dicta,
γ Cant. 2. 1. Terra γ Virgo gignis Florem,
δ Esai. 45. 5. Et δ germinas Salvatorem.

ε Gen. 3. 18. 117. Illa ε Terra tribulorum,
Spinarum, & Loliorum.
Tu es Terra carens luctu,
ζ Exod. 3. 5. ζ Sacra η Benedicto Fructu.
η Psal. 84. 14.

ϑ 1. Cor. 15. 47. 118. ϑ Primus de terra terrenus
Et sicut terra obscænus.
Ibidem. Alter de Cœlo Cœlestis,
Quem Tu purâ carne vestis.

ι Gen. 3. 17. 119. ι Terra maledictionem
Tulit, & damnationem.
Tu Cælum Salvationis,
κ Apoc. 7. 12. Plenum κ Benedictionis.

λ Esa. 66. 1. 120. λ Cælum Vera DEI Ædes,
Divinæ Gloriæ Sedes.
μ Apoc. 12. 7. Hinc μ pulsus Exterminator,
Et Primus Prævaricator,

121. Su-

121. α Superbiæ Filiorum α Iob. 41. 25.
Rex, Tyrannus Inferorum,
Quam partem in Te habere
Poſſet, Tibi prævalere?

122. Tu DEI ſemper β Ancilla; β Luc. 1. 38.
(Hæc prima Gratiæ Stilla.)
Quid Humili cum ſuperbo
Vaſe tumoris acerbo?

123. In Ortûs Primo Inſtanti
Humilitate conſtanti
Tu Te DEO præſentâſti,
Ita Superbum fugâſti.

124. In primâ Creatione
Et ſui Plaſmatione
Angelus & Homo dignè
A DEO cepit inſigne

125. Naturæ Rationalis,
Et decus Originalis
Juſtitiæ; potiori
Jure id datum Majori

126. Tuæ Virgo Dignitati:
Divinæ maternitati.
Homines cunctos præcellis,
Super Angelos excellis.

α S. I. Dam. Or. 1. de Dormit. B. V.

127. α Diſcrimen eſt infinitum
Ratione ſtabilitum
Inter Te, quæ Mater DEI:
Et Servos, qui adſtant Ei.

128. Hi tamen Sanctificati
In utero, nondum nati;
β Ier. 1. 5. Ut Propheta β Jeremias:
γ Luc. 1. 15. *δ Matt. 11. 14.* γ Joannes alter δ Elias.

129. Tibi Gratia debetur
Amplior, nam hoc meretur
Dignitas maternitatis,
Præſervari à peccatis.

ε S. Th. 3. p. q. 27. a. 4.

130. Si ε libera à Veniali:
Ergo & Originali.
Hoc enim magis exoſum;
Illud minus eſt damnoſum.

131. Non corrumpit venuſtatem,
Non extingvit charitatem;
Neq́ue inimicum facit
DEI: nec ad mortem jacit

132. Perpetuam Veniale,
Quod cauſat Originale.
β Immunis ſi à Mortali;
Ergo & Originali:

133. Quod etiam eſt Mortale,
Imo magis Capitale.
Majus enim malum patrat:
Hinc fomes peccati latrat,

134. Concupiſcentia prodit,
Habitus ad malum rodit;
Inde Fons Culpæ Mortalis,
Immunditiæ Legalis;

135. Puerperii laboris,
In Partu magni doloris.
Et hi ſunt veri effectus
Originalis defectûs.

α *Omnes Doct. & Theologi.*

136. Ab his libera fuisti
Præservata, Mater CHRISTI.
Effectus in te negatur:
Ergo & Causa tollatur.

137. Non fuit in Te peccati
Fomes, Dæmonis innati,
Et Tyranni nomen gestans;
α Rom. 7. 23. α Bellum intestinum præstans

138. Inter Rationem justam
Et Appetitûs injustam
Ad malum propensionem,
Pravam inclinationem;

Ibidem. 139. In Lege Culpæ captivans:
Hanc in Animam derivans.
β Eccl. 40. 1. Procul à Te β Jugum grave,
γ Matt. 11. 30. Quæ portâsti γ Onus suave.

δ Ioan. 1. 14. 140. δ Unigenitus à Patre,
A Te genitus ut Matre
ε S. Th. 3. p. q. 27. Plenus Gratiæ ε majora
Quàm cunctis & ampliora,

141. Privilegia concessit
Tibi; à qua hìc processit.
Postquam α Angelos creavit,
Stantes à lapsu servavit;

α *S. Ansel. de Excell. Virginis.*

142. Quidni Te Màtrem Divinam
Et β Angelorum Reginam
A casu culpæ salvavit;
Immunitate beavit?

β *Ecclesia in Litan.*

143. Ergone Tenebrionis
Dignior Creationis
Origo expers peccati,
Pro culpa posthac damnati?

144. Mens horrescit cogitare,
Et lingva enunciare;
Et calamus exarare:
Matrem DEI sic notare.

S. Ansel. in Offic. Concept. Nogaroli à Sixto IV. approbati Lect. 1. diei 6.

145. Sed plus decet execrari,
Tibi posse imputari
Damnationis reatum;
Et Dæmonis mancipatum.

146. Quæ ſemper DEI fuiſti,
Nunquid eſſe potuiſti
In Satanæ poteſtate
De non Tuâ pravitate?

147. Abſit, Abſit hæc loquela,
Non decet talis ſequela,
Et DEUM Authorem Boni:
Et Matrem Capacem Doni.

148. Mi DEUS aut voluiſti,
Sed minimè potuiſti;
Aut revera potuiſti,
Sed haud ita voluiſti:

Vide in ſimili S. Auguſtinum lib. 83. q. 30.

149. Ut Mater tibi unita,
Eſſet à labe munita.
Utrumque dedecoroſum;
Summè ignominioſum.

150. Illìc Poteſtas depreſſa,
Hìc Bonitas non expreſſa.
Ergo uti potuiſti,
Ita ſanè voluiſti,

151. Et immensam Potestatem,
Et intensam Pietatem,
Erga Matrem demonstrare:
Hanc à Culpa præservare.

152. Quod Angelis non negâsti;
Adæ & Evæ donâsti;
Hoc Matrem dono dotâsti:
Innocentiâ sacrâsti.

153. α PLus ei Gratiæ datum
Est ad vincendum peccatũ
Omni ex parte, quam ulli:
Igitur peccato nulli

α *S. Aug. l. de Nat. & Gra. c. 36.*

154. Subjecta erat; sed cuncta
Exclusit Gratiâ uncta:
Angelicam Puritatem
Superans & claritatem.

155. β Infinitâ Dignitate
Hausta ex maternitate
Quæ cum Bono infinito
Juncta modo inaudito

β *S. Th. p. 1 q. 25. a. 6. ad 4.*

156.

156. Ut Virgo & Mater esset,
Hoc exigit; ut adesset
Ei semper Infinita
Gratia, quidni Finita?

157. Qualis est, immunem mali
Esse in Originali
a Luc. 1. 30. Lapsu. *a* Invenit majorem
Gratiam; cur non minorem?

158. Fini congruere debent
Media quæ finem præbent.
Finis summus inauditus,
In Electione situs

159. Virginis in Matrem DEI;
Media hinc apta ei
Summa sint, & inaudita:
Sit Conceptio ascita

160. Ex Naturâ Vitiatâ
Pura, incontaminata.
Ita Electio rata
Per media ordinata.

161. Quodsi Adam non peccâsset,
Proles ejus non portâsset
Ullum dedecus peccati
Ab ipso peccante nati.

162. Et Tu Filia Electa
Adæ, fuisses perfecta
Absque noxâ: Cur non magis
Hinc, quod Matrem DEI agis?

163. Tu α Virgo carne fuisti, α *S. Ambros. L. de Virg.*
Virgo mente permansisti,
Ut β Carne Intemerata, β *S. Bon. in 3. d. 3*
Sic Mente Immaculata.

164. Conservans integritatem
In utroque & puritatem.
In γ partu Inviolata, γ *Eccl. in Vers.*
In morte Intaminata.

165. Quoad Corpus, DEI tanta
Cura; quoad Mentem quanta?
Quâ major non explicari
Potest, neque cogitari.

Ita Suarez, Salazar, qui citant S. Bern. S. Th. 2. ſ. 51. a. 1. c. 2 Gerſon. Alphab. 88. lit. S. P. Dami. ubi etiam citatur S. Brig. Rev. c. 32. §. 4.

166. In Primo ſtatim momento
Conceptionis, intento
Mentis oculo vidiſti
DEUM clarè; habuiſti

167. Tunc ſcientiam infuſam,
Contemplationem fuſam
Summi Boni; quod amâſti
Summè, nec unquam ceſsâſti:

168. Sed ſemper in hoc creſcendo,
Gratiam ſemper augendo,
In immenſum profeciſti;
Ad ſummum Gradum veniſti:

169. Ut poſt DEUM Creatura
Non ſit major in natura.
Jam cum Viſione pugnat
DEI, Amori repugnat

170. Omnis Culpa. Inde Ortum
Tuum cum DEO exortum
Nulla ſors malignitatis
Strinxit, ô Fons Puritatis!

171.

171. Si præcepit, α honorare
Matrem DEUS, & amare
Nunquid suum, β quod decrevit
Mandatum, non adimplevit?

α Deut. 5.16.

β Alex. III. pp. ap. Pet. Blesseum in Instrum. fidei ad Soldanum.

172. Ecquis honor? Expectare,
Donec hostis captivare
Possit Matrem; liberare
Posthàc: potens præservare.

173. Ecquis amor! Matri dare
Opem, ne queat fœdare
Hanc labes; anticipare:
An pòst infectam mundare?

174. Si γ Gloria Filiorum
Vera, sunt Patres eorum:
δ Quæ Gloria DEI Nati,
Mater conscia peccati?

γ Prov. 17. 6.

δ S. Th. 3. p. q. 27. a. 4.

175. Matri esset injurius
Et sibi DEI Filius;
Matri labem permittendo:
Sibi notam inurendo.

α S. Th. ibidem. 176. α Cum Christo Consangvinitas
Matris est, & Vicinitas
β Arnold. Carnot. β Summa; caróque illius
Est substantiæ unius.

177. In hâc si locum haberet
Satan; momento maneret:
γ 2. Cor. 6. γ Quænam conventio Christo
Cum Belial Antichristo?

178. Matris tanta Communio
Est cum Prole, ac Unio;
Ut moraliter dicantur
Vnum esse & censeantur.

δ Ioan. 5. 22. 179. δ Omne Judicium Pater,
Dedit Filio, sic Mater
Huîc Judicio, ut rea
Subjaceret. Propterea

180. Natus contra Matrem ferret
ε Arist. Eth. 8. Jus, ε Justitiam afferret.
At hæc inter duos Currit,
Et non in unum excurrit.

181. α Sed Mater & Natus visi
Esse semper indivisi.
Ergo non potest formari
Jus, nec Judicium dari.

α *Idem ibidem.*

182. Hinc nil judicio dignum
Commisit Mater; indignum
A Filio judicari
Matrem: sicque separari.

183. β Vnum cum Filio Pater,
Vnum cum Filio Mater.
Nil inter hos intercessit:
Nil Proli Mater excessit.

β *Ioan.* 10.30.

184. Siccine Serva Peccati
Esset Mater Tanti Nati?
γ Quidquid servit prorsus vile:
Nec est Nobile, Servile.

γ *Petr. Greg. in Syntagm. Iuris l.* 4. *c.* 1.

185. Deipara Libertate
Gaudet, ac Nobilitate.
MARIA δ Dominam signat,
Et Potestatem designat

δ *S. Epiph.*

186. Primò ſuper ipſum Natum,
Ut ab ipsâ procreatum,
Ergo DEUS Genitrici
α Subjectus, ut Peccatrici?

α *Luc. 2. 51.*

187. Quàm liberè acceptavit
Sibi Matrem; non creavit
Se dignam; ſuâ Virtute
Liberans à ſervitute?

188. Deinde ſupra Naturam,
Super omnem Creaturam
Dominium plus firmatum,
Quàm Adam ante peccatum.

189. Poſſedit Princeps Opima,
β Hoc cum Juſtitia Prima
Adam à DEO accepit;
Quem, poſtquàm ſerpens decepit,

β *Gen. c. 1. 28. Pſ. 8.*

190. Et Juſtitiam amiſit:
Et Dominium dimiſit.
Si' in Ortu Domina Mundi,
Servitus non ibi' Immundi.

191. Concepta' α ab Anna MARIA, α *S. Damasc. de fide Orthodoxa l. 4. c. 15.*
Id est, Domina' à Gratia.
Domina Gratiæ Nata;
Procul servitus ingrata.

192. In Justitia formali
Concepta Originali,
β Germinis Authoritate β *S. P. Chrysol. s. 142. Annunc.*
Permansit in Potestate:

193. In Angelos Principatus
Quomodo illi collatus
Sine Gratia exortæ?
In qua sunt felici sorte

194. Angeli facti à DEO.
Quin imò esset ex eo
Præposterus Ordo visus;
Si DEI fuisset nisus

195. Illos subdi Peccatrici
Fœminæ Dominatrici.
Debuit horum Regina
Nasci' in Gratia Divina.

a S.Th. 196. a Poſt primum Conceptionis
Inſtans, jure rationis
Dicitur Virgo Fœcunda,
Ab omnis peccati Munda

197. Flagitioſo incurſu
Reliquo Vitæ decurſu:
Pro Maternâ dignitate
Hâc Digna immunitate.

198. Sed cur nõ primum momentum
Meruit hoc argumentum?
Quod multò magis penſatur;
Vt Origo æſtimatur.

199. Num rerum Sacratiora
Principia & majora
Non ſunt? imò plus ſpectatur
Genus, & conſideratur

200. In Primâ Conditione,
Atque Statûs Ratione:
Quod per Generationem
Tranſmigrat in Nationem.

201 Quodſi ob Adæ peccatum *Idem, Ibidem.*
Per unum Inſtans, Sacratum
Vas Spiritus Sancti, manſit
Fœdum culpâ, nec permanſit

202. Diutius: in futurum
Purum ſemper duraturum:
Nam hoc in probrum ceſſiſſet
Matri, dedecus feciſſet.

203. Quomodo non indecorum
Et extra metam honorum
Primo Inſtanti fœdari;
Et poſthàc non maculari?

204. Valet ratio decori
Pro totâ Vitâ, honori
Matris DEI conſulendo:
Cur non Ortum protegendo?

205. CHRISTI dedecus fuiſſet, *S. Th. 3. p. q. 31. a. 4. ad 5.*
Si Fœmina concepiſſet
Hunc cum Viri libidine;
Sed debuit ex Virgine

206. Concipi. Quid plus probrosum
CHRISTO Contumeliosum?
A DEI an Inimica
Peccatrice, ac amica

207. Diaboli generari!
An ex Matre, procreari
Matrimonio devota
Legitimo absque nota?

α S. Thom. Ibid.

208. Jam α si Puritas adesse,
Et Immunditia' abesse
Debet à CHRISTO: Mentalis
Major est, quàm Corporalis.

β Conc. Milevitanum. d. 5. de Consecratione c. placuit.

209. β Gratia DEI. Optata
Nobis per CHRISTUM collata
Non tantummodò patratis
Liberamur à peccatis;

210. Sed ab illis præservàmur:
Ne patrentur, adjuvamur.
In efficax in Matre esset
Hæc gratia, & abesset?

211. Num α Manum abbreviatam, α *Isa.* 59. 1.
Potentiam alligatam
DEI dicemus in Matre,
Privilegiatæ à Patre;

212. Ut β Eundem generaret β *Luc.* 1. 32. & 35.
Filium, quem is γ amaret? γ *Matt.* 17. 5.
Et Natus Matri negaret,
Hoc, quod cunctis dispensaret?

213. Sed & δ Gratiæ Authori δ *S. Th.* 3. p. q. 27. a. 5.
Propinquissima, Fautori
Suo, Mater non captaret
Fructum, & participaret

214. Super omnes hunc effectum,
Nullum patiens defectum:
Fructum Gratiæ Majoris,
Puritatis amplioris;

215. ε Plena Gratiæ ac inventa? ε *Luc.* 1. 78.
Certè Gratia Præventa
In Puncto Conceptionis
Suæ Animationis.

α Cant. 4. 8. 216. Quid, quod α Sponsa DEO nupta
Sis, ô Virgo Incorrupta:
Quæ à Libano Venisti,
Semper Candida mansisti.

β S. Th. 3. p. q. 30. a. 1. 217. Tu α in Verbi Connubio
Cum Humanâ Conjugio
Naturâ Sola fuisti,
Quæ pro ipsâ consensisti.

218. Ergo debuit Natura
Non vitiata, sed Pura
Esse in Te, Dignitatem
Habens, & Integritatem

218. Ex Originali gratam
Justitiâ; quæ nec datam
Fidem unquam violâsset:
Innocentiam servâsset.

γ L. quicunq; c. de re militari. 220. Si γ Sponsæ in Sponsi eunt
Familiam, & transeunt:
δ Glossa Leg. Originali cap. de municipatu & Origin. l. 20. Tu δ Sponsi Puram captâsti
Originem: ac servasti.

221. α Omnes in Adam peccasse α *1. Cor. 15. 22.*
Fertur; & morti litasse.
β Omnes in CHRISTO mundatos β *Ibidem.*
A culpa, & Vitæ datos.

222. Sic est. Sed γ Regula nulla γ *Proverbium*
Sine' exceptione ulla.
δ Nullum unquam in natura δ *1. Ioan. 4. 12. De Moyse & S. Paulo aliqui censent contrarium.*
DEUM vidisse, Scriptura

223. Loquitur, ε omnes in multis ε *Iac. 3. 2.*
Offendere, ζ plena stultis ζ *Eccl. 1. 15.*
Omnia; η omnes studere η *Ier. 6. 13.*
Avaritiæ: patere

224. θ Omnem Hominem mendacem; θ *Psal. 115. 2.*
ι Justum septies capacem ι *Prov. 24. 16.*
Lapsûs: tamen Textus isti
Non congruunt Matri CHRISTI.

225. κ Viam suam Omnis Caro κ *Gen. 6. 12.*
Corruperat: tamen raro
Exemplo Noe' eximendus,
Cum prole λ Justus dicendus. λ *Gen. 6. 9.*

226. Non Omne' ergo Genericum
Omne ſtringit Specificum.
Neque Univerſalia,
Ligant Particularia.

227. Nam Privilegia dantur,
Queîs à Lege liberantur.
Nonne, qui eſt Legislator,
Eſt & Legis Diſpenſator?

α Ioſ. 5, 6. 228. Is, α & Circumciſionem
Per peregrinationem
Deſerti, cunctis Hebræis
Suſpendit, legis haud reis.

229. Qui Sabbatum inſtituit,
β Matt. 12, 8. β Dominus Sabbati fuit.
Sic Gratiâ Speciali
Virgo Lege Generali

230. Minimè fuit conſtricta,
Nec Adæ pacto addicta;
Nec culpæ Morte perempta:
CHRISTI Meritis redempta.

231.

231. α Ob cujus jure Honorem
Juxta Ecclesiæ morem
Cum de Peccatis agitur;
Mater Ejus eximitur.

α S. Aug. l. de Nat. & Gr.

232. β Ipse sibi fabricavit
Talem qualem æstimavit;
Quæ nullam labem portaret,
Nec Sobolem inquinaret.

β Idem l. de 5. Hrr. c. 5.

233. γ Pro' omnibus Mortuus unus.
Ergo rapit omnes funus
Mortis. Sed istos Formalis
Et alios Virtualis,

γ 2. Cor. 5. 14.

234. Dum sunt obnoxii morti
Peccati, malignæ sorti
Animæ periclitantis;
Nisi DEI adjuvantis

235. δ Dextera mirè succurrat:
Lapsum Gratiâ præcurrat.
Quod accidit Matri DEI;
Hæc Gratia est par Ei.

δ Psal. 17. 36.

α Gomet. in §. Item Serveana Instit. de Act.& Oblig.

238. α Nunquam obligatione,
Generali sanctione
Istæ Res comprehenduntur,
Imò semper excluduntur;

237. Per quas Universitati,
Publicæ utilitati
Consulitur. Per MARIAM
Publicæ Salutis Viam

238. Quantum sit Orbi Consultum,
Nemo non cognoscit multùm.
Hinc Justitiâ legali
Tuta' à Jure Generali.

β L.Princeps.ff. de legit.

239. β Sic cum Cæsare Augusta
Legibus nunquam onusta
Universalibus: imò
Ipsis est soluta primò.

240. Dignitas Reginæ legem
Communem ignorat, Gregem
Subditorum astringentem;
Illâ non tam eximentem,

241. Quàm neque ingredientem.
Hinc Rex Assverus langventem
α Reginam Esther solatur: α Esth. 15. 12.
Et voce svavi affatur.

242. β Non pro te Lex hæc est lata, β Ibidem 13.
Sed pro omnibus parata
Præter te: Non morieris:
Gratiam experieris.

243. Sic Tu ò Mundi Regina
Ab omni mortis rapina
Gratiâ DEI exempta
Sangvine Christi redempta.

244. γ Plus pro Te Is eximenda γ S. Ber. de Ass.
Venit, quàm pro redimenda
Cuncta alia Creatura.
Tu Primogenita Pura

245. Filii Redemptionis.
δ Solum Incarnationis δ S. Hild. l. de Virginit. Mar.
DEI Opus, Salvaturus
ε Mundum atque redempturus, ε S. Ambr. L. 1. C. 1. Luc.

246. A Te ſuam inchoavit
Actionem & ſignavit:
Per te namque parabatur
Salus cunctis; ſed dabatur

247. Tibi primò, ut haurires
Omnes ex Pignore vires.
Qui Redemptor Curativus,
Hic Tibi Præſervativus.

248. Sic dum es malo Exempta,
Præſtantisſimè Redempta
Cenſeris meritis CHRISTI;
A Captivitate triſti.

249. Peccati es Præſervata:
Ne rueres, ſuſtentata.
Redemptione eguiſti,
Nam ſubeſſe potuiſti

250. Peccato infectionis,
Ex Vi propagationis
Abſolutè ac remotè;
Verum Chriſtus huic notæ

257. Gratiâ magnâ occurrit,
Et morte suâ succurrit:
Ab α Omni culpæ protexit
Te Debito, & evexit.

252. Ejus meritis Electa
Virgo in Matrem; provecta
Hoc ipso in libertatem;
Et culpæ immunitatem.

253. β SOlus in Conceptione
Sanctus est ex Unione
Hypostaticâ Salvator
JESUS, Orbis Reparator.

254. Tùm ex procreatione,
Originis ratione
Suæ ex Te Virgo assumptæ:
γ Spiritûs Sancti desumptæ

255. Virtute: qui δ Sanctitatem
Suscepit, & Puritatem
Simul cum Naturâ. Ita
CHRISTUS Salus atque Vita

α Salazar de Conc. c. 15. Granados Tom. de Inc. Contr. 2. tr. 1. Disp. 3. sect. 22. citans Card. Iuc. de Cusa Cathar., Turrian. Salmeronem. Card. de Lugo de Inc. disp. 7. sect. 3. Ludo. de Ponte l. 7. in Cant. exhor. 20. §. 2. n. 5. Lezana in Apolog. pro Immac. concept. c. 32. Ægid. de Concept. 44. a. 3.

β S. Ambr. in Luc.

γ Luc. 1. 35.

δ S. Athanasius.

256. Sanctus ex sua Natura,
Atque origine pura,
Sed Tu ex Adoptione
In Tua conceptione.

257. Sancta, Te sanctificante
Gratiâ & præservante,
Ergò nulla in Te labes,
Nulla omnis noxæ tabes.

258. Sed forsan ex Lege Mortis,
α Prov. 31. 10. Quam velut α Mulier Fortis
Subiisti, profluentis
Ex peccato delinquentis.

259. Adæ, dicet quis cœpisse
Te culpam; videns tulisse
Te pœnam. Ast naturalis
Est homini corporalis

β Matth. 27. 51. Marc. 15. 37. Luc. 23. 46. Ioann. 19. 30.
260. Mors: quam ipse β Author Vitæ
Tanquam Homo, tulit ritè;
Etsi Adam non peccâsset,
Tamen Homines tentâsset

261. Mors, pro qua pellenda dignum
Præſtò erat α Vitæ lignum, α *Gen. 2. 9.*
Ad vitam continuandam:
Valetudinem curandam.

262. Sic β DEI Decretum Morti β *Gen. 3. 19.*
Hominem addicens ſorti
Huic dedit, non deſtruendo
Naturam; verùm tollendo

263. Medium Vitæ ſervandæ,
Ligno Vitæ ſuſtentandæ.
γ Ergò non mirum, quod Jura γ *Gen. 3. 22.*
Mortis ſuffers ex Natura.

264. Sed δ Mors Animæ peccatum δ *Idiot. Contr. B. V. c. 3. S. Th. 3. p. q. 27. a. 4.*
Nullum fuit in Te datum,
Actuale, Veniale,
Mortale, Originale.

265. Imò & Immaculatum
Corpus Tuum eſt ſervatum
Ab omni Corruptione,
In cœleſti Manſione.

α Luc. 1. 48.
β S. Chrysost. in Liturg.

266. Ergo α Jure Te Beatam
Semper Incontaminatam,
Et sine labe Conceptam,
Et jugo Satan Ereptam,

γ Ecc. in Resp.

267. Ecclesia Sancta Mater,
Cujus Author DEUS Pater,
Celebrat γ Festo Solenni;
Exoptans Voto Perenni:

δ Eccl. in Resp.
ε Eccl. in Antiphona.
ζ Eccl. in Resp.

268 Ut Tuâ prece adjuti,
Intercessione tuti
Sint, Dignissimam colentes
Conceptionem, canentes

η Eccl. in Resp.
θ Eccl. in Antiphona.
ι Sex. Syn. Constantinop. sub Agath. PP. act. 8. 11. & 18. Conc. Francford. Anno 780. Conc. Bas. sess. 36 Conc. Trid. sess. 5.
κ Adr. IV. Innoc. VII. Sixt. IV. Innoc. VIII. Adr. VI. Leo X. Clem. VII. Iul.

269. η Sacram; quæ Orbem sacravit;
θ Gaudium annunciavit
Verum Mundo Universo
Nubilo luctûs deterso.

270. Inde ι Concilia certa
Spiritu Sancto referta;
Et κ Apostolicæ Sedis
Capita Sancta, hæredis

271 In Terris Authoritatis CHRISTI, atque Potestatis: Nec non ex DEI Minervâ α Sanctorum Patrum Caterva.

272. Apices β Theologorum Vere Illuminatorum A DEO; Manus Magnarum Orbis γ Academiarum:

273. δ Reges & ε Imperatores; ϑ Ordinum multorum Flores, Provinciæ, Civitates: Tot η Sæculorum Ætates 274.

Iul. III. Paul. IV. Pius V. Greg. XIII. Paul. V. Greg. XV. Alex. VII. Clem. IX. X. Innoc. XI. α *S. Dionys. Areop. S. Ephr. Origen. S. Basil. S. Chrysost. S. Cypr. S. Athanas. S. Hildef. S. Fulgent. S. Ioa. Dam. S. Cyril. Alex. S. Ambr. S. Hier. S. August. S. Eligius, S. Petr. Chrysol. S. Pet. Dami. S. Ansel. Idiot. S. Bruno. S. Fulbert. Carnot. S. Ant. Pad. S. Bon. S. Bern. Sen. Rupert., Hug. Vict. Rich. a. S. Laur. Rich. Vict. S. Laur. Iust. Imò etiam S. Bern. S. Th. Aqu. S. Dominic. S. Vinc. Fer. B. Alb. Mag. Hugo Card. Ioan. Thaul. Ambr. Cather. Dominic. Soto. Vincent. Iust. Ordinis Prædicatorum.* β *Petr. Lomb. Petr. Com. Ioan. Duns Scotus omnes demum Theologi præter aliquos è Schola Thomistica.* γ *Omnes Academiæ Hispanicæ, & Lusitanicæ, Mexicana, Parisina, Tolosana, Moguntina, Coloniensis, Viennensis, Lovaniensis, Bononiensis, Neapolitana, Oxoniensis, Cantabrigensis, Cracoviensis, Vilnensis.* δ *Reges Hispaniæ præsertim Philip. III. & IV. & Carol. feliliter regnans. Arragoniæ. Iacobus & Ioannes Filii. Galliæ, Carolus VI. Polon. Omnes hujus seculi Reges.* ε *Imperatores Leo Græc., Emmanuel Comnenus. Ferdinandus II. III. Leopold. I.. felicissimè imperans.*

ϑ *Ordines Benedictinus, Camaldulen., Cluniacen., Carthusian., Cisterciensis Cælestinus, Præmonstrat., Seraphicus August., Carmelit., SS. Trinit. & B. M. de Mercede Captivorum, Servitarum S. Hieronymi. Societas I. Fuliensis.*

η *A temporibus Apostolorum viguit hæc devotio. In Armenia, à B. Marco Ev. In Africa apud Abyssinos. De quo Ojeda in Ref. Eccl. pro Im. Conc. c. 2. & 3. In Asia præsertim, Syria, Ægypto, Europa, apud Græcos à S. Andr. Ap. & in Hispania à S. Iacobo Ap. qui in Liturg. sua vocat. semper Beatam & omnibus modis irrepræhensam Matrem DEI.*

274. Unanimi voce clamant,
Nam Te Mater DEI amant;
Quòd ſis à culpa excepta,
Immaculatè concepta.

275. Hoc dicunt & ſtupendorum
Opera α Miraculorum.
Hoc declarant β Viſiones,
Sanctæ Revelationes.

276. Hoc manifeſtat Sacrorum
Ipſe Codex Bibliorum.
Rationis evidentis
γ Vis evincit argumentis.

α De Miraculis legantur Salazar, Pelbartus, Salmeron, Spinellus.

β Viſiones & Revelationes primas S. Anſel. recenſet. Circa 840. Annum. Aliæ ſunt, S. Birgittæ, S. Elizabetæ Reg. Hung. B. Oringæ alias Chriſtinæ 1310. in Helvetia miraculis claræ.

γ B. Amedæi, S. Mechtyldis.

277. δ O MARIA Stella Maris,
Tu Fax Cœli ſingularis
ε In hoc magno Mundi ſalo
Ductrix, Servatrix à malo.

278. Tu gubernas navigantes,
In viam ducis errantes;
Omnis erroris ignara:
Itineris recti gnara.

δ Eccleſia in Hymno. Num. 24. 17.

ε Pſ. 103. 25.

279. Sola Tu adhæres Polo
Fixa, huîc prælucens solo;
Aliis motis immota:
Axis in Cœlorum rota.

280. α Lampas inextingvibilis,
Pharos cunctis visibilis;
Ad Portam Cœlestem ducens:
β Ardens Lucerna & lucens.

α *S. Cyrill. Alex. or. contr. Nest.*
β *Ioan. 5. 35.*

281. γ In nocte non es extincta;
Nam Virgo Prudens δ præcincta,
ε In vase Tuo cepisti
Oleum: sic ζ exivisti.

γ *Prov. 31. 18.*
δ *Luc. 12. 35.*
ε *Matth. 25. 4.*
ζ *Ibidem 2.*

282. Per Te nobis Cœlum patet,
Ros Cœlestis Doni scatet;
η Janua Cœli aperta:
ϑ Porta Paradisi certa.

η *S. Petr. Dam.*
ϑ *S. August.*

283. IMò ipse ι es Paradisus,
Secundo Adæ provisus;
Ab ipso DEO κ Plantatus:
Nullus hìc serpentis flatus.

ι *S. Bern. in Depr. ad V.*
κ *Gen. 2. 8.*

α Cant. 4. 12. 284. α Hortus enim es Conclusus,
A quo hic Draco exclusus:
β Gen. 3. 24. β Cherub Custos speciei,
Est Sapientia DEI.

γ Gen. 2. 10. 285. Ex Te γ Fons Magnus ascendit
Irrigans Te, se protendit
In plagas Mundi quaternas
Gratias fundens æternas.

Ibidem. 286. Non tantùm Te irrigavit
Iste Fons, sed inundavit:
Nec unquam sicca fuisti
A Gratia JESU CHRISTI.

δ Cant. 4. 12. 287. Quin & Tu es δ Fons signatus,
Nullo cœno maculatus.
Hunc quis auderet fœdare?
Signum DEI violare?

ε Ioa. 4. 14. 288. ε Fons limpidus Aquæ Vivæ
Infectionis nocivæ
Incapax. Quid Amuleto
Cum veneno pleno leto?

289. Tu es α Puteus Aquarum
Viventium, & ſanarum,
β Natatoria ſacrata
Siloë, infirmis grata.

α Cant. 4. 15.
β Ioan. 9. 11.

290. Tu γ Probatica Piſcina
Sanans Virtute Divinâ.
Gratiarum δ Aquæ ductus,
Lactis atque mellis ſuctus:

γ Ioan. 5. 1.
δ Eccli. 24. 41.

291. Ex Te ε Bthleëm Ciſterna
In ſiti David interna,
Aquæ potum exoptavit;
In ζ Prole nata guſtavit.

ε 1. Par. 11. 17.
ζ Luc. 2. 4. & 7.

292. Quin es η Abyſſus Aquarum,
Plenum θ Mare Gratiarum.
Quis ex Te aquam ſitiret,
Et defectum inveniret?

η Eccli. 1. 2.
θ S. Bern. ſ. de B. V.

293. In Te malacia ſvavis,
Quam non turbat aura gravis;
ι Spiritus Domini fertur
Solus: nulla vis infertur.

ι Gen. 1. 2.

294. Ipsa α Aura es suavè spirans
α Gen. 3. 8. Ad quam iræ æstum exspirans
Ibidem. DEUS ambulans advenit:
Refrigerium invenit.

β Gen. 2. 17. 295. TU ex β Scientiæ ligno
Boni & mali maligno
Bolum mortis non sumpsisti:
γ Gen. 3. 7. Neque Te γ nudam vidisti.

296. In medio Paradisi
δ Gen. 2. 9. δ Arbor vitæ es; nec invisi
Prava Colubri svadela
Ab hac Te vitæ medela

297. Abstraxit: quin sempiternum
ε Gen. 3. 22. ε (Ut viveres in æternum)
Vitæ fructum manducares:
ζ Apoc. 22. 2. ζ Lignum vitæ germinares.

η Ps. 51. 10. 298. O η fructifera Oliva!
θ Iudic. 9. 9. θ Pingvedine primitivâ
ι Ioan. 1. 41. Messias Christus Græcè, unctus Latinè. Nunquam priva; sed abundans:
Et ι Unctum Orbi exundans.

299. α Vitis Mater Vitis Veræ, α *Ioan.* 15. 1.
Quæ β lætitiæ sinceræ β *Iudic.* 9. 13.
Succum non deseruisti;
γ Botrum Cypri protulisti: γ *Cant.* 1. 13.

300. Vt δ Platanus exaltata, δ *Eccl.* 24. 19.
Tutelæ ramis armata.
Ut ε Terebinthus extensa, ε *Eccl.* 24. 22.
Ad medicandum impensa.

301. Tu ζ Cedrus nunquam putrescens ζ *Eccl.* 24. 17.
η Cupressus semper virescens. η *Ibidem.*
Nunquam pressa, maximarum
Tu ϑ Palma Victoriarum. ϑ *Ibidem.* 18.

302. ι Laurus Triumphi Portatrix, ι *Ioan. Geom. hy.* 2.
Quia Strygis profligatrix:
Fulmen Maledictionis
Non timens nec Læsionis.

303. κ IN Diluvio Fatali κ *Gen.* 6. 14.
Catclysmo Generali
Noe Arcam fabricando,
λ Te signavit figurando. λ *S. Pet. Dam. Or.* 1. *de Dormit. B. V.*

304. Arca humanæ Salutis,
Opus Divinæ Virtutis;
Quæ pereuntibus Cunctis
Ob peccata vitâ Functis

α Gen. 8. 4. 305. α Sola' absque culpâ fuisti,
Undas Mortis evasisti:
β Prov. 31. 14. Facta' β Institoris Navis,
Cui nulla illata Vis.

γ Gen. 8. 11. 306. Tu γ Columba ferens lignum
Olivæ virentis; signum
Pacis in terrâ surgentis,
Et mundi reflorescentis.

307. In Terra Cadaverosa,
δ Cant. 6. 8. δ O Columba Generosa!
ε Gen. 8. 9. ε Pes Tuus non requievit;
Et cum Corvo stare sprevit.

308. Tu Columba carens felle,
Non seducta; sed ad velle
ζ Oseæ. 7. 11. DEI ζ cor habens paratum;
Rectum duxisti volatum,

309. Ad α quieſcendum in DEO — *α Pſ. 54. 7.*
Et ſolo fruendum Eo:
In ſacra β Petræ Caverna — *β Cant. 2. 14.*
Periclâ vincens inferna.

310. O Solitaria γ Turtur, — *γ Pſ. 83. 4.*
A quâ procul Stygis Vultur:
Cujus δ Vox ſvavis audita, — *δ Cant. 2. 12.*
Diſſona nunquam ſentita.

311. ε Sicut Paſſer es erepta, — *ε Pſ. 123. 7.*
Nec Venantium abrepta
Laqueo per CHRISTUM fracto:
ζ Fruſtra' ante Te reti jacto. — *ζ Prov. 1. 17.*

312. Imò η Aquila Magnarum — *η Ezech. 17. 3.*
Sublimè volans θ Alarum — *θ Apoc. 12. 14.*
ι Non obliquè ſurſum tendens: — *ι Ælianus.*
Sola in Solem intendens.

313. κ Vnica Phœnix, amoris — *κ. AloyſiusNov. Vml. Virg.*
λ Victima' à flammis fervoris — *λ l. 4. nec. 28.*
Vitam ſumens: μ Pari carens, — *μ Ariſtoteles apud Calepin.*
ν Soli ſacra: DEO parens. — *ν Ioan. Raviſi9.*

314. O Nostræ firmitas spei!
α Gen. 13. α In Nubibus Arcus DEI:
Ibidem 12. Signum fœderis Constantis
DEUM & Terram ligantis.

315. Tu Abrahæ Proles vera.
Visa in Cælesti Sphærâ;
β Gen. 15. 5. β Absque numero Stellarum
Formam gerens lucidarum

γ Gen. 26. 4. 316. γ Semen benedictionis
δ Act. 3. 25. δ Per quod maledictionis
Radix à cunctis sublata
Gentibus: Gratia data,

317. Tu Campus deliciarum
Absque semine natarum.
ε Chrysip. Or. de Deip. ε Omnis fragantiæ Pratum
Austro Spiritûs perflatum

ζ Gen. 27. 27. 318. ζ Ager repletus odore,
Benedictionis flore:
η Matt. 13. 44. Immensum η Thesaurum celans:
Regnum cœlorum revelans.

319. Ipſa incomprehenſarum
α Theſaurus Divitiarum:
Securè à Prædonibus
Intacta infernalibus.

α *S. Io. Dam. Or. 2. de Aſſ.*

320. β Tu Scala Jacob immenſa,
De Terrâ ad Cælum protenſa;
Repræſentans aſcendentes
Angelos, & deſcendentes.

β *Gen. 28. 12.*
Ibidem.

321. Nam noſtra per Te aſcendunt
Vota: Gratiæ deſcendunt.
A γ DEO ſcalæ innixo
Nunquam non Tibi affixo.

γ *Gen. 28. 13.*

322. O δ Sancta Domini Via
Per quam non mala Beſtia
Leo rugiens, pollutus
Tranſivit ε ſerpens verſutus.

δ *Iſai. 35. 8.*
Ibidem. 9.
ε *Gen. 3. 1.*

323. In qua nunquam ζ conculcatum,
Nec η ab avibus levatum
Fuit θ Semen verbi DEI,
O ſummæ ι ſemita Rei!

ζ *Luc. 8. 5.*
η *Ibidem. 12.*
θ *Ibidem. 11.*
ι *Iſai. 26. 7*

324. Via α Investigabilis
α *Rom.* 11. 33. β *Cant.* 5. 16. DEI β Desiderabilis :
γ *Prov.* 3. 17. δ *Oseæ.* 14. 10. Via γ Pulchra, Via δ recta,
ε *Isai.* 35. 8. Æternæ vitæ ε directa.

325. QUis Te negabit immunem
A Culpa, neq; communem
Fati legem incurrisse?
ζ *Exod.* 3. 2. Qui scit ζ Moysen Te vidisse

326. In Rubo igne ardenti
Nullum æstum sentienti,
η *Exod.* 3. 3. Tu η Visio Moysis verè
Magna, pensanda sincerè.

327 Ignis iræ non adussit
Te Divinæ, qui combussit
Totum orbem delinquentem ;
Te servavit innocentem.

θ *Exod.* 4. 2. 328. Tu θ Virga Moysis stupenda
Orci Ægypto horrenda;
Sed Israelis Protectrix :
ι *Exod.* 14. 16. Et in ι Via maris Rectrix.

329. α Virga florens Aaronis — α *Num.* 17. 8.
Ex omni Electionis
Surculus Tribu: β Regale — β *Matth.* 1. 1.
Germen, & γ Sacerdotale. — γ *Luc.* 1. 36.

330 δ Virga de Radice Jesse, — δ *Isai.* 11. 1.
ε Quæ Genti Orbis oppressæ — ε *S. Hieron. lib.* 4. *in cap.* 11. *Isaiæ.*
Florem Divinum tulisti:
ζ Nazarenum edidisti. — ζ *Matth* 2. 23. *Act.* 22. 8.

331. In Te nec η Originalis — η *S. Ambr. testibus Clichtov. Hilareto, & Bern. de Busto.*
Culpæ nodus; nec letalis
Cortex. θ Virga peccatorum — θ *Ps.* 124. 3.
Procul à sorte justorum.

332. Es ι Virga directionis, — ι *Ps.* 44. 7.
Faustæ Dominationis;
κ Virga Regni, λ Sceptrum DEI; — κ *Hebr.* 1. 9. λ *Gen.* 49. 10.
Quo μ Gratiâ dantur rei! — μ *Esth. c.* 4. *H. n.* 8. 4. *n* 15. 14.

333. Semper honorificatum;
Divinâ dextrâ gestatum.
Quis hoc de manu levare
Auderet, vel conculcare?

334. In hac deserti ærumna
α Exod. 13. 21. α De die Nubis Columna;
β Num. 14. 14. β Et noctu Columna Ignis:
Populi Ductrix Insignis.

γ Isai. 45. 8. 335. O γ Lucida pluens Justum
Nubes! Cœli præbens gustum;
δ Isai. 19. 1. δ Domini gaudens ascensu
Absque gravitatis sensu.

336. O Ignis ab igne cinctus
ε Cant. 8. 7. Æterno! ε nunquam extinctus
Aquarum multarum mari:
ζ Levit. 6. 12. ζ Semper ardens in Altari.

η Exod. 19. 18. 337. η Mons Sinai legem ferens,
θ Deut. 33. 2. θ DEUM semper in se gerens;
Nullo turbine contactus,
Olympi quietem nactus.

ι Gen. 22. 14. 338. ι Mons, in quo Dominus videt,
κ Gen. 21. 6. Et κ immolando arridet,
Isaac parvulo fausti,
λ Gen. 21. 7. Qui λ victima holocausti.

339. α Vertex Montium ſupremus α *Iſai.* 2. 2.
In quo β Mons ille poſtremus β *Dan.* 2. 35.
Ex Petra parva exurgens ;
Et ſuper Orbem conſurgens :

340. O Felix & ſvave γ Mane ! γ *Exod.* 16. 13.
Quod irroras δ Cœli Pane : δ *Pſ.* 104. 40.
ε Manna' Angelicum deſtillans, ε *Pſ.* 77. 24.
ζ Omnem ſaporem inſtillans. ζ *Sap.* 16. 20.

341. η Panis de cœlo deſcendens, η *Ioan.* 6. 51.
θ Vitam æternam protendens; θ *Ibidem* 59.
Spiritûs Sancti' igne coctus :
Eſt alvo Tuâ excoctus.

342. ι Ubi ſunt Theſauri nivis? ι *Iob* 38. 22.
In Te ſunt palàm cuivis ;
Quæ κ candidiores Nive : κ *S. Hieron. in ſerm.*
O puri candoris Rive !

343. λ ARca Novi Teſtamenti λ *Apoc.* 11. 19. *Ier.* 13. 31. *Hebr.* 8. 12.
Et gratiæ Monumenti,
μ Arca fœderis æterni, μ *Num.* 10. 33. *Eccleſia in Lit.*
Nexûs cum DEO interni.

α *Exod.* 25. 10. 344. α Ex lignis Sethim confecta,
Et auro puro contecta,
Ubi nulla corruptela,
Ibi integrum in sequela.

345. Purum aurum falsitatis
Nil admittit, puritatis
Decus augmentans in igne:
Tui amoris insigne.

β *Hebr.* 9. 4. 346. In Te non β Tabulæ è petra,
Nec Manna cadens ex æthra;
Nec Virga præcisa à Cigno:
γ *Ioan.* 1. 14. Sed γ DEUS in Carnis Signo.

δ *Ps.* 131. 8. 347. O δ Sanctificationis
DEI Arca plena donis!
ε 1. *Reg.* 4. 11. ε A Philisthæis non capta,
ζ 1. *Reg.* 5. 4. Nec cum ζ Dagon stare apta.

η 1. *Reg.* 6. 19. 348. Quam η videre Bethsamitæ
Non digni, exsortes vitæ:
θ 2. *Reg.* 6. 17. Sed domui θ benedicens
ι 2. *Reg.* 6. 7. David: ι Ozam interdicens.

349. Tu α DEI Sanctuarium, — α Exod. 25. 8.
Et β Propitiatorium,
Tu γ Sanctum Sanctorum latens, — β Exod. 25. 17. γ Hebr. 9. 4.
Soli δ summo Mystæ patens. — δ Ibidem. 7.

350. Tu DEI ε Tabernaculum — ε Apoc. 21.
Cum hominibus, patulum
ζ Testimonii æterni. — ζ Exod. 40. 3.
Procul hinc sedes Averni.

351. Cùm essent η cuncta perfecta,
Tunc Nubes DEI selecta — η Exod. 40. 32.
Tabernaculum contexit,
Gloriâ suâ protexit.

352. θ Corpus & anima Tua — θ S. Thom. 3. p. q. 27. a. 2.
In perfectione sua
Unionem dum fecerunt,
DEUM in se receperunt.

353 ι AUreum Tu Candelabrum, — ι Exod. 25. 31.
Cui septuplex est labrum;
κ Igne ter lucido splendens: — κ S. Epiph. de L. Deip. Matt. 5. 15.
Omnibus lucem impendens.

354.

α *Ex. 28. 15.* 354. Tu summi α rationale
Pontificis es legale.
β *Ibidem. 17.* β Omnis lapis pretiosus,
Absque nævo speciosus;

γ *Ezech. 28. 13.* 355. Est γ Tuum Operimentum:
Gloriæ DEI Augmentum!
δ *Rom. 9. 21.* δ Contumeliæ nullius
Vas, sed honoris totius.

ε *Ex. 30. 1.* 356. ε Thymiamatis Altare;
Quæ DEO sacrificare
Te solita, extitisti
ζ *2. Cor. 2. 15.* Semper ζ bonus odor CHRISTI.

η *Eccli. 24. 21.* 357. η Balsamum non mistum,
ϑ *Ibidem. 20.* ϑ Aromatizans per CHRISTUM;
Myrrhæ electæ odore;
Cum cinnamomi vapore.

ι *Method. Or. de Hipap.* 358. ι Sacrificii pingvedo,
Et holocausti dulcedo.
κ *Exod. 17. 6. ps. 80. 17.* κ Petra melle verbi fluens,
Nectare divino pluens.

359. α Vellus Gedeonis verum, α *Iud. 6. 37.*
In Te mel fluxit sincerum
Roris: pòst omni Fideli
β Melliflui facti Cœli. β *Eccl. in Resp.*

360. Tu dulcis γ Favus Samsonis, γ *Iud. 14. 8.*
Sumptus ex Ore leonis.
Ubi omnis dulcitudo,
Ibi nulla' amaritudo.

361. TU δ Sapientiæ grata δ *Prov. 9. 1.*
Domus, ab ipsâ formata;
Firmiter ædificata:
Septem columnis fundata.

362. Nam Gratiâ ε Septenorum ε *Isa. 11. 2. & 3.*
Spiritûs Sancti Donorum
Perstans: maligno & tristi
Spiritui restitisti.

363. ζ Thronus veri Salomonis, ζ *3. Reg. 10. 18.*
Culmen Dominationis,
Majestatem Dignitatis
Habens, & sublimitatis.

364. Quis ſedere Nationum
Præſumeret ſupra Thronum?
α Ibidem 7. Quis involare α Ferculum?
β Cant. 3. 7. Quis temerare β Lectulum?

γ Granat. in Roſ. 365. γ Divini Verbi Conclave,
Reclinatorium ſvave:
δ Pſ. 131. 14. Deſiderata δ Requies
Incomprehenſi DEI es.

366. Hanc quis tentaret turbare?
Quietem interpellare?
ε Gen. 6. 3. Quam ε Spiritus DEI iratus
In Homine deteſtatus

367. Olim: primùm in Te cœpit,
ζ Galat. 4. 4. Dum ζ Tuam carnem ſuſcepit:
η Buteo in Hym. O η Thalame Puritatis!
θ S. Petr. M. ſ. de Aſſ. B. V. θ Triclinium Trinitatis!

ι S. Proclus Or. de Nat B. 368. ι Officina naturarum
Inter ſeſe unitarum,
κ S. Chryſoſt. κ Summi Regis Palatium:
λ S. P. Dami. ſ. 2. de Nat. Cœli λ Gazophylacium.

369,

369. Hìc DEI Sapientia
Duo α Minuta grandia
Collocavit eximia;
Nulli prædæ obnoxia.

α Marc. 12. 42.

370. β Solium Gloriæ DEI
Soli consecratum Ei;
γ Excelsum & elevatum:
Ab inferis segregatum.

β In Litan.
γ Isai. 6. 1.

371. δ Tu Speculum DEI rarum,
Et absque maculâ clarum.
ε O imago Bonitatis
Ipsius, & Sanctitatis!

δ Sap. 7. 26.
ε Ibidem.

372. ζ TU Lilium inter spinas
η Recreans nares Divinas,
Intactum & illibatum:
Ipsi Trinitati satum.

ζ Cant. 2. 2.
η S. I. Dama. Or. 1. de Nat.

373. Pulchra θ sine spinis Rosa,
Regina Florum formosa.
Solsequium DEI-forme,
Cordi Divino conforme.

θ S. Bonav. in Lau. Virg.

α Blos. in Enchir.

374. α Viola non violata,
A pruina non vastata;
Fragantissimum odorem
Spirans: Cœli dans colorem.

β Adam de S. Vict.
γ S. Bon. in Laud. Vir.
δ S. Bern. s. 2. de Adv.

375. β Flos de spinis carens Spinâ,
γ Flos Florum; Planta Divina
δ Et cunctis pretiosior;
Et Vniversis sanctior.

ε S. Andr. Cret. Or. 2. de Ass.

376. Verus ε incorruptionis
Flos cœlestis sationis;

ζ Greg. Neoc. Or. 1. de Ann.
η Buteo in Hym.

ζ Flos vitæ immaculatus,
η Immortalitati satus.

ϑ Hym. Gr. ap. But. p. 128.

377. ϑ Concha maximi Formatrix
Vnionis, & Servatrix
Rore Divino fœcunda
Non infecta à Maris undâ;

ι Ric. Lau. l. 6. de Lau. V.

378. Quin es ι Gemma pretiosa
In ortu quàm speciosa!
De rore Cœli nasceris,
Et rore Cœli pasceris,

379.

379. Ros hic Cœleſtis Gratiæ,
Te replens ſine ſatie,
Vt α Margaritam generat;
Quam nullum ſalum temerat.

380. VNicum β Cœli & terræ
Delicium, DEUM ferre
Cunctis prompta; quem tuliſti
Semper: ſemper poſſediſti.

381. Ab γ Angelis æſtimata,
δ Patriarchis exſpectata,
ε Prophetis deſiderata,
ζ Apoſtolis prædicata,

382. η Martyribus honorata,
θ Confeſſoribus laudata,
ι Virginibus imitata,
A κ cunctis Sanctis amata.

383. Quæ ut λ Judith Holofernis
Inferi caput proſternis,
Vt μ Eſther ſalvas à portis
Populum decretæ mortis.

α *S. Cyril. Alex. hom. Contr. Neſt.*

β *Rupert. Ab.*

γ *Regina Angelorum.*

δ *Regina Patriarcharum.*

ε *Regina Prophetarum.*

ζ *Regina Apoſtolorum.*

η *Regina Martyrum.*

θ *Regina Confeſſorum.*

ι *Regina Virginum.*

κ *Regina SS. Omnium. Eccleſ. in lit.*

λ *Judith.* 13. 10.

μ *Eſth.* 8. 5.

α Iudith. 15. 11. 384. α O Hierusalem Gloria!
Ibidem. O Honorificentia
Populi DEI! Orcinas
Cœli restaurans ruinas.

385. Tibi Jus Maternitatis,
Et Primatum Dignitatis
β Gen. 3. 20. Cedit β Eva Mater prima
Viventium, non opima.

386. Tibi Jus Promissionis
Omnis Benedictionis
γ Hebr. 11.11. Cedit γ Sacra Mater Prima
Credentium; ad Te ima.

δ Gen. 25. 24. 387. δ Rebecca fæcunditatem,
ε Gen. 29. 17. Pulchra ε Rachel venustatem,
ζ Exod. 15. 20. ζ Maria claritudinem,
η Iudic. 4. 4. η Debora fortitudinem.

θ Ruth. 2. 13. 388. θ Ruth magnam humilitatem,
ι 1. Reg. 1. 11. ι Anna veram pietatem,
κ 1. Reg. 25. 32. κ Abigail prudentiam,
λ Esth. 4. 14. λ Esther obedientiam.

389. α Judith magnanimitatem
Et β Susanna castitatem
Tuis Pedibus substernunt;
Et se cernuas prosternunt.

α Judith. 13. 9.
β Dan. 13. 23.

390. Tu es Orbis Compendium,
γ Seculorum Negotium;
δ Novum super terram Mirum:
Fœmina circumdans Virum.

γ S. Bern. s. 2. de Pentec.
δ Ierem. 31. 22.

391. ε Manus DEI quod creavit
Per Te, de Te recreavit!
O medium sospitatis,
Salus universitatis!

ε S. Bern.

392. ζ O Mater dilectionis
Pulchræ, ac agnitionis;
Sanctæ spei, & timoris,
Virgo η perfecti decoris,

ζ Eccli. 24. 24.
η Ezech. 28. 12.

393. Qui θ lumen ut vestimentum
Induit, hic tegumentum
Ex te sumpsit, quæ es superni
Purpura Regis æterni.

θ Ps. 103. 2.
ι S. Epiph. Or. de Laud. Deip.

α Ps. 92. 1.
394. O α Decoris Indumentum,
Virtutis Paludamentum;
Nullam β habens vetustatem:
β Coloss. 3. 9. γ Gen. 3. 7.
γ Nostram tegens nuditatem.

δ S. Ephr. in Lau. V.
395. δ Tu Divinissima Charta
Virginea cœlo parta
Membrana; omnem candorem
Præteferens, & nitorem.

ε S. And. Cret. Or. de Ass. ζ Eccli. 24. 32. η Ric. Lau. l. 9.
396. Es ε Volumen novæ Legis;
ζ Liber vitæ Cœli Regis;
η Non subjacens interdicto:
Nam liber à maledicto.

397. Non hic mendum subintravit,
Nec erratum se monstravit.
Vbi nulla est litura,
Nullâ opus correcturâ.

θ And. Cr. Or. 2. de Ass.
398. θ Sacri Pneumatis impressus
Prælo: procul hinc excessus.
ι S. Anton. p. 4. tit. 15. c. 5. κ Ezech. 2. 9.
ι Verbo Divino inscriptus,
κ Intus, foris circumscriptus;

399. In α Manu DEI locatus, — α *Apoc. 5. 1.*
Clausurâ semper firmatus;
Septem signis obvolutus:
Ab Agno solo solutus. — *Ibidem. 9.*

400. O Deitatis β Pupilla! — β *Zach. 2. 8.*
Humanitatis γ Mammilla! — γ *S. Bon. in Lit.*
Cûi fas pupillam tangere?
Cûi fas mammillam angere?

401. Cœli & Terreæ Ocelle,
Cui cunctæ cedunt stellæ.
Pectus nullo constans felle,
Omne cor domans rebelle.

402. Cor, Divini Delicium
Cordis, Humani' Illicium;
Nunquam culpâ' δ angustiatum: — δ *2. Cor. 4. 8.*
Semper DEO ε dilatatum, — ε *Isai. 60. 5.*

403. ζ Collum Ecclesiam nectens, — ζ *Ric. Lau. l. 2. & 5.*
η Capiti membra implectens. — η *Ephes. 4. 15.*
θ Num quis illud separare — θ *1. Cor. 12. 12.*
Posset, aut jugo gravare?

α *Cant. 4. 4.* 404. Est α Turris David sublimis,
β *Cant. 1. 9.* β Monilibus cincta primis.
Propugnaculis munita;
γ *Ephes. 6. 16.* γ Tela prævidens ignita.

405. Inimici ac repellens:
Specula DEI præcellens,
Excelsa vincens murorum,
Alta superans cœlorum.

δ *Cant. 8. 10.* 406. Quin es δ Ecclesiæ Murus,
Uberum turre securus,
Ex quo pacem coram DEO,
Mundi reperisti reo,

ε *Prov. 30. 5.* 407. ε Tu Clypeus sperantium
ζ *S. Bern. s. de Nat. B. V.* In Te levamen omnium.
ζ O Maxima Fiducia
In quacunque angustia!

η *Buteo in Floril.* 408. η Anchora in tempestate,
Virtus in adversitate
Salus in infirmitate:
θ *Eccles. in Ant. Salve.* θ Vita in mortalitate,

409. Promontorium ſalutis
In locis maris non tutis.
De morte omnes traducens
α Pons, & ad vitam deducens. — α *Hym. Gr. ap. But.*

β 410. Clavis aurea gemmata,
Foribus Cœli ſacrata. — β *Bloſ. in Prec.*
γ Pervia Cœli Feneſtra, — γ *S. Fulgent ſ. de Lau. V.*
A δ Mortis tuta Palæſtra. — δ *Ierem. 9. 21.*

411. O ε Porta Orientalis, — ε *Ezech. 44. 1.*
Non tacta Occaſus malis!
ζ Puriſſima DEI Forma, — ζ *S. Aug. ſ. de Aſſ.*
Rectiſſima Vitæ Norma.

412. η Omnium Radix Bonorum, — η *Chryſip. Or. de Deip.*
Omnium expers Malorum;
ϑ Omnia in DEO nacta: — ϑ *1. Cor. 9. 23.*
ι Omnibus Omnia facta. — ι *S. Bern. Sup. hym. Mag.*

413. TIbi ergo Heroinæ,
Cœli & Terræ Reginæ;
A DEO, κ Virtus, Charitas,
Fortitudo', & Sanctitas. — κ *Apoc. 7. 12.*

414. A tota rerum Natura,
Universa Creatura
Ibidem. Laus, Honor, Benedictio,
Et Gratiarum actio.

α Luc. 1. 28. 415. α Ave, quæ immunis à Væ
Culpæ jugum Adæ grave
Non gerens, Orta; Salutem
β Gabriel fortitudo DEI. Ferens per β DEI Virtutem.

γ Luc. 1. 27. 416. γ O MARIA Dulcissima;
δ Ruth. 1. 20. δ MARA sed Amarissima
In Filii Passione,
ε Ioan. 19. 25. Et ε Mortis ejus Agone.

ζ Cant. 1. 5. 417. ζ Nigra ex doloris luctu,
Solis obscurati ductu;
η Cant. 1. 4. η Nigra, sed semper formosa:
Quia amore Gratiosa.

418. Fuisti tamen parata,
Et liberè resignata
Mortem Filii litare:
Redemptioni sacrare.

419. Quin & α Mortem assumpsisti
Tuam, morti univisti
Filii; DEO offerendo:
Mundi saluti tradendo.

α *Pelbart. in Stellar.*

420. Hinc ritè participâsti
Plùs quàm omnes: asportâsti
Jus Puræ conceptionis,
Sanctæ Generationis.

421. β Ave ô Gratiâ Plena!
Non defluit unquam Vena
Gratiæ Divinæ Tibi;
Quam DEUS elegit sibi.

β *Luc. 1. 28.*

422. Nam & Tu γ optimam partem
Sanctam benè noscens artem;
Præ omnibus elegisti
Esse δ VIRGO MATER CHRISTI.

γ *Luc. 10. 42.*
δ *Luc. 1. 34.*

423. ε Dominus Tecum supernûm,
Ab æterno in æternum:
Nec à Te unquam recessit,
Sed semper Tecum processit.

ε *Luc. ut sup.*

424. Ave ô ter Benedicta
In Mulieribus! Dicta
α Luc. 1. 28. Ab α Angelo nunciante,
β Luc. 1. 42. β Elisabeth salutante;

γ Luc. 11. 27. γ 425. Et Muliere exclamante:
Te Beatam prædicante,
Quoad ventrem quo portâsti
Et ubera queîs lactâsti

δ Ioan. 1. 14. 426. DEI δ Verbum Incarnatum
ε Luc. 2. 7. In Te, Orbi, ε ex Te natum,
A Te semper adamatum,
ζ Luc. 11. 28. ζ Auditum & conservatum.

η Luc. 2. 19. 427. η Et hic Ventris Tui Fructus
θ Luc. 1. 42. θ Benedictus, per quem Ructus
ι Gen. 3. 6. ι Inferno fuit causatus:
κ Oseæ. 13. 14. κ Morsus per morsum sublatus.

428. Hic Te minimè afflixit,
Nam Te Fructus benedixit
Vitæ in Te implantatus:
λ Gen. 3. 12. λ Fructum Mortis execratus,

429.

429. INde jure DEO grata
Toto corde animata
α Dominum magnificâsti
Et in DEO exultâsti.

430. Nam hic DEUS salutaris
Fuit Tuus singularis;
Cui Te totam consecrâsti,
Ac integrè dedicâsti;

431. β In Voto Virginitatis
Et Actu Humilitatis.
Hinc Tuam Formam dilexit,
γ Humilitatem respexit;

432. Ut Virginem Te complexus
Ut Ancillæ Tibi innexus
A culpa Te præservavit:
Salute suâ beavit.

433. Nam nullatenus admisit
δ Dominus, neque permisit
Te suam coinquinari
Ancillam; in probrum dari.

α Luc. 1. 47.

β Luc. 1. 34.

γ Luc. 1. 48.

δ Iudith. 13. 20.

α Luc. 1. 48. 434. α Ex hoc Ecce Nationes,
Omnes Generationes
Te dicunt ſemper Beatam,
Et ſemper Immaculatam.

Ibidem. 49. 435. Qui potens eſt, magna fecit
Tibi, Te quando effecit
In ortu Puram. Et nomen
Ejus Sanctum: Verum Omen

436. De Te: quia Salvatorem
Virgo paris præter morem;
β 1. Cor. 1. 24. Jeſum à DEO β Virtutem,
γ Pſ. 117. 14. γ Tibi factum in ſalutem.

437. Num orco Te permitteret
Corrumpi; qui procederet
Ex Te in Nativitate
Cum Tuâ Integritate?

δ Luc. 1. 50. 438. γ Ejus Miſericordiâ,
In ſe timentes Gratia
A progenie deſcendit,
In progenies aſcendit.

439. Quidni Te, erga Genitricem
Misericors ? Adjutricem
Dexteram Tibi porrexit,
Et ne caderes prospexit.

440. Imò dedit hanc Gratiam
Tibi Matri; α Potentiam *α Ibidem 51.*
In brachio suo fecit:
Elatos in Orcum jecit.

441. DEUS β Mente cordis sui *β Ibidem.*
Dispersit superbos: Tui
Memor in Conceptione,
Ex Prædestinatione.

442. γ Deposuit præsumentes *γ Ibidem. 52.*
De sede sua potentes:
De Te suâ sede Purâ
Extirpans eorum Jura.

443. δ Dixit Impius ascendam, *δ Isai. 14. 14.*
Solium DEI conscendam.
Detrusus est ad infernum,
ε Ad ignem pulsus æternum. *ε Ibidem 15.*

α Ibid. 52. 444. α Sed Humilem Te' exaltavit,
Et lapſum præoccupavit
Brachium DEI' extentum,
Honori Tuo intentum.

β Luc. 1. 53. 445. Te' β eſurientem replevit
Bonis; Seipſo implevit
Se ſemper deſiderantem,
Ad Se ſemper anhelantem.

γ Ibidem. 446. γ Divites Mundi Rectores,
δ Eph. 6. 12. δ Et tenebrarum Ductores,
ε Luc. 1. 53. ε Dimiſit Poſſesſionum
Inanes & Nationum.

η Ibidem 54. 447. ζ Puerum ſuum ſuſcepit
Israël, ex quo incepit
Suæ Miſericordiæ
Recordari; Miſeriæ

448. Patrocinari humanæ;
ζ Ibidem 55. η Sicut locutus eſt ſanè
Abraham; atque Semini,
Ejus in ſæc'la Germini;

449. SEd Tibi locutus eſt primò
Ante Patres; quibus imò
Te appromiſit venturam,
α Virginem Matrem futuram; α *Iſai. 7. 14.*

450. β Emmanuelem daturam β *Ibidem.*
Orbi caſte parituram,
Qui γ ſciat Bonum probare, γ *Ibid. 15.*
Atque Malum reprobare.

451. Nonne Bonum approbavit
In Te; Malum reprobavit?
Malum Culpæ præcavendo,
Bonum gratiæ præbendo.

452. δ Ante omnes Colles Mundi δ *Prov. 8. 25.*
(Hi Patriarchæ Fœcundi)
Jam Tu parturiebaris;
Præ illis Ordinabaris.

453. Ibi tunc jam Te ſuſcepit,
Et in ſua Te recepit:
Placens cùm eſſes parvula
Et Puritatis Æmula.

454. Tunc præcepit. Tibi dixit
α Eccli. 24. 12. α DEUS; hanc legem indixit.
β Ibid. 13. β In Jacob hæreditare
(Eſt Dæmonem ſupplantare)

455. In Iſrael hæreditare;
(Eſt DEUM videre claré)
In Electis radicare
Eſt Prælectam monſtrare)

456. Inde Angelus prædixit,
γ Luc. 1. 32. γ In domo Jacob edixit
Natum Tuum Regnaturum
In æternum duraturum.

δ Gen. 22. 18. 457. δ Cur non in Abrahæ Domo
ε Pſ. 131. 12. Sive ε David, DEUS HOMO
Regnabit; qui hujus Nati
Promisſione donati?

458. Nempe Opus Principale
CHRISTI, atque ſpeciale
Erat, Satan ſupplantare;
ζ Gen. 3. 15. Qui ζ Calcaneo parare

459.

459. Insidias procurabat
Ortûs Tui: CHRISTUS dabat
Tibi robur hunc premendi;
Caput ejus conterendi: *Ibidem.*

460. Scilicet Originale
Peccatum; quod est reale
Aliorum peccatorum
Caput: Origo cunctorum.

461. α Adam in damnatione *α S. Bern S.. super Sig. Mag.*
CHRISTUS in Salvatione
Non soli;! in hac erant Via,
Hìc Eva, Ibi MARIA.

462. Illa in Malum Adjutrix;
Hæc ad Bonum Coadjutrix.
β Auctrix Culpæ Eva non pia *β S. Aug. s. de Ann.*
Auctrix Meriti MARIA.

463. Et hæc Mundi γ Reparatrix, *γ S. Casim. in Hym.*
δ Advocata, Mediatrix; *δ Eccl. in S: lve.*
ε Quî consors perditionis, *ε S. Epiph. Or. de Lau. V.*
Particeps destructionis?

464. Nunquam ingreſſa damnati
In Conſortium peccati.

α S. Bon. in Sp. cap. 3. α MAgna Orbis Imperatrix,
β S. Ephr. in L.V. β Mundi Reconciliatrix:

465. Fac ut Tuam Puritatem,
A peccato Libertatem
Agnoſcat Cultor non Vanus
Totus Orbis Chriſtianus.

γ S. Anſ. S. de Conc. V. c.18. 466. γ Tu enim hâc Sanctitate
Nites & integritate;
Quâ ſub DEO posſideri
Nequit major, nec videri.

δ S. Aug. 467. δ De Te quidquid cogitavi
Quod dixi' & exaravi,
Minor laus eſſe cenſetur,
Quàm Tuus honor meretur.

ε S. Baſil. 468. ε Sic quicunque Glorioſa
Dixerit & pretioſa
De Te: non àveritate
Errabit, & Dignitate.

469. α Quidquid verâ ratione
Melius, in discussione
Occurrit; credo fecisse
DEum in Te & perfecisse. α *S. Aug. l. 3. de li. arb. c. 5.*

470. β Hoc scio, quod Potentia
DEI & Sapientia
Creare Te Digniorem
Matrem nequit, nec Majorem. β *S. Th. 1. q. 25. a. 6.*

471. γ Splendor Paternæ Gloriæ,
δ Candor Maternæ Gratiæ
In Cœlis ex summo Patre,
In Terris ex summa Matre; γ *Hebr. 1. 3.* δ *Sap. 7. 26.*

472. ε A Patre Unigenitus,
A Matre ζ Primogenitus,
Illic summè Gloriosus,
Isthic summè Gratiosus. ε *Ioan. 1. 14.* ζ *Luc. 2. 7.*

473. Tantus Natus Tantum Patrem
Habens, Tantam Sibi Matrem
η Assumpsit, quâ nil dignius,
Nil in Mundo perfectius. η *S. Pet. Dam. s. de Nat. M.*

474. Tu quæ in cœlis es Mater
α Hebr. 2. 11. Nostra: Nam sic CHRISTUS α Frater
Per Te Noster ordinavit,
Te Nobis Matrem donavit

β Ioannis 19. 26. 475. In β Joanne assignando
Nos in Filios sacrando
Tibi: ô utinam veros
Obsequentes & sinceros.

476. Tu inquam ô Nostra Mater
γ Matt. 6. 9. Fac: ut γ qui'in Cœlis est Pater
δ Rom. 8. 17. δ Nos in Filios adoptet,
Et in Hæredes cooptet.

477. Ut Nati Patrem sequamur,
Ejus Nutum exequamur;
ε Matth. 6. 10. Et ε Nomen sanctificemus:
ζ Luc. 11. 2. Et ζ Regnum desideremus.

478. Te nemo sanctificavit
Magis, & glorificavit
Nomen DEI: exoptavit
Regnum ejus, & gustavit.

479. Hinc Te DEUS Conſecravit,
Seipſo Sanctificavit;
α Regnum Te ſuum creavit:
β Nec in Te Culpa regnavit. α *Apoc.* 5. 10. β *Rom.* 6. 12.

480. γ Sic fiat ejus in Solo γ *Matth.* 6. 10.
Voluntas, ut fit in Polo.
Hûic Tu conformis fuiſti,
Semper hanc adimpleviſti.

481. Quidni hæc viciſſim Tuum
Velle fecit ut Tu Suum?
Quod fuit ut eſſes Pura
Absque macula obſcura.

482. δ Da Panem Quotidianum, δ *Luc.* 11. 3
Cibum Gratiæ Arcanum
Animo DEO attento;
Hodie, Omni Momento.

483. Paſce ε Verbo Vitæ Mentes ε *Matth.* 4. 4.
Ut ſint opere potentes.
Da δ Panem Cœli Vitalem, ζ *Pſ.* 24.
In Sacramento Realem.

484 Hoc Tu ſemper paſta Cibo,
Hoc Divinæ menſæ Libo,
In perfectum excreviſti;
Cibum Mortis excluſiſti.

485. Tu quæ nihil exceſſiſti,
Nec veniâ eguiſti,
α *S. Bern. ſerm. de Aſſ. B. V.* α Vt ſine delinquentia,
Sic abſque Pœnitentia.

β *Eccl. in Hym.* 486. β Mater Miſericordiæ,
Impetra Donum Veniæ;
γ *Eccl. in Ave Maria.* γ Pro Peccatoribus ora
Nunc & tunc in mortis hora.

δ *Math. 6. 12.* 487 δ Sicut & debitoribus
Contra nos delinquentibus
Nos dimittimus ſincerè:
Sic nobis dimittat verè.

ε *S. Bern. in Sp. B. V.* 488. O ε Aſylum Peccatorum!
ζ *S. Ephr. ſ. de Laud. B. V.* ζ Civitas Refugorum!
Fac culpæ det plenariam
Et pœnæ, Indulgentiam.

489. α O Virgo à labe Pura α *Matth. 6. 12.*
Ne inducamur procura
In ullam tentationem
Dæmonis ſuggeſtionem;

490. β Quæ Te non tetigit unquam. β *Orig. Homil. 1. de Deip.*
Procul à Te Sathan; nunquam
Ut tentaret, ſe immiſit:
Nam hoc DEUS non permiſit.

401. Quin in Te ut Summum Bonum
Reſidens, Tibi hoc Donum
Dedit; quod Te præſervârit,
Omni malo liberârit.

492. Et Tu Nos defenſionis
Scuto, ac protectionis,
γ Ab omni Malo ſejunge; γ *Matth. 6. 13.*
Et Summo Bono conjunge.

493. HIc Laudum Tuarum Finis,
Quas δ ego Pulvis & Cinis δ *Gen. 18. 27.*
Honori Tuo Dicavi,
Ortui puro Sacravi.

α *Est. 138. 16.* 494. α Oculi Tui Imperfectum
β *Act. 9. 15.* β Meum viderunt, Electum
DEI Vas, integritate
Tuâ supple & bonitate.

495. Si quid erratum corrige,
Si quid langvidum, surrige;
Si quid non rectum, dirige:
Si quid depressum erige.

496. Rogo Te per Instans Vitæ
Cum DEO purè initæ,
γ *Eccl. in Hym.* γ Mater Gratiæ Memento
Mei in ultimo Momento:

497. A quo pendet Æternitas,
Immensa Sempiternitas;
δ *Matth. 46.* δ Vel Bona Salvationis:
Vel Mala Damnationis.

ε *S. Thom. 1. 2. q. 112. a. 2. ad 2. V. Gonet de gra. c. 10.* 498. Animam redde Capacem
Ad ε Gratiam Efficacem.
O Tabula Naufragorum!
ζ *S. Ephr. in L. Vir.* ζ Bonus portus Salvandorum.

499.

499. Mihi in Agone Mortali
Adſis α Gratia Finali, *α V. S. Thom. 1. 2. q. 114. a. 9. ad 11*
Omnis Virgo Puritatis,
Summæ Mater Sanctitatis

500. Da munditiem ſectari
Tuam, ſemper æmulari:
β Quæ Nos ad DEUM videndum *β S Matth. 5. 8.*
Perducat, Tecum fruendum.

FINIS.

ELENCHUS

Rerum in his Rythmis Contentarum.

A Num. 1. ad num. 10. Exordium & Propositio.
Num 11. Invocatio.
Num. 13. MARIA ab æterno ordinata.
14. Mater Christi.
15. Mater Christianorum.
16. Concepta ante tenebras.
17. Mater Lucis.
18. Illuminatrix.
19. MARIA LUX.
22. Luminare minus.
24. MARIA Aurora.
25. Maria Stella Matutina.
26. Pulchra ut Plena Luna.
31. Electa ut Sol.
32. Mulier sole Amicta.
35. Origo lucis pura.
36. Maria Filia Lucis.
37. Vas Admirabile Opus Excelsi.
38. Luna Cornuta sub pedibus ejus.
40. Corona stellarum 12. in Capite ejus.
42. MARIA Castrorum acies Ordinata.
43. Mane & Vespere Dies unus.
44. MARIA Dies.
46. MARIA Meridies.
48. Maria Hierusalem, Civitas DEI.
53. Maria Arx Syon.
54. Maria clausa Porta.
55. Maria Urbs Syon.
59. Maria Domus supra petram.
63. Maria habitans in adjutorio Altissimi, Ubi totus Psalm. applicatus B. V.
70. Maria Locus habitationis DEI. Mons Syon.
71. Maria Domus DEI.
74. Maria Templum DEI.
76. Maria Tabernaculum DEI.
79. Maria Aula DEI.

80. Ma-

80. Maria Ædes DEI.
83. Maria Holocaustum.
84. Maria Possessio DEI.
87. Maria Filia DEI Patris.
88. Maria Mater Filii DEI.
89. Maria Sponsa Spiritûs Sancti.
90. Maria Sedes Sanctissimæ Trinitatis.
91. Maria Sola Pulchra Amica DEI.
93. Maria Beatissima præ cunctis.
94. Maria ascendens de deserto.
95. Maria speciosa & Deliciosa.
96. Maria Deo Plena.
97. Maria Dilecto, & Dilectus illi.
100. Maria Filia Principis magni Calceata.
101. Maria Virgula Fumi.
102. In MARIA Myrrhæ, Thuris, Lilii & Nardi odor.
103. Maria Regis accubitu gaudens.
104. Maria Filia obediens.
105. Maria à Dextris stans.
106. Maria Agna Pura.
108. Maria Filia Regis.
109. Maria Mater Vitæ.
A Num. 110. ad 114. MARIA DEI dono & Gratiâ libera à delicto Adæ.
115. Mater Secundi Adæ.
116. Maria à Terra Benedicta, Terra Promissionis, Terra Virgo.
117. Maria Terra Sacra.
119. Maria Cœlum.
120. Uti Cœlo; ita à MARIA Dæmon exest.
122. Maria DEI Ancilla.
A Num. 124. ad 126. Maria Angelos & homines superans.
A Num. 127. ad 129. Maria Major Hieremiâ & Joanne Baptista.
130. Maria libera à Veniali, Ergo & Originali.
132. Maria libera à Mortali. Ergo & Originali.
133. Maria libera à fomite peccati.
139. Maria libera à Jugo gravi Adæ.
140. Maria privilegiata super alios.
142. Maria Angelorum Regina libera à lapsu.
143. Maria dignior Lucifero.
146. Maria semper DEI.

A Num.

A Num. 147. ad 153. MARIA Præſervata à peccato, & Poteſtate DEI & Voluntate.
153. Maria plus Gratiæ habens quam alii.
155. Maria Gratiam infinitam exigens.
A Num. 158. ad 160. Mariæ Electio in Matrem DEI, tanquam finis; Puram requirit Conceptionem, tanquam medium.
162. Maria Filia Electa Adæ.
163. Maria Virgo Carne Virgo mente.
166. MARIA DEUM videns in Primo Momento Concepit.
170. Maria Fons puritatis.
171. Maria à Filio honorata & Amata ut Mater.
174. Maria Gloria Filii.
176. Maria ejuſdem ſubſtantiæ cum Chriſto.
178. Maria Unum cum Chriſto, ut Mater cum Prole.
179. Maria non poteſt judicari à Filio.
184. Maria non eſt ſerva peccati.
A Num. 185. ad 190. Maria Domina ſuper Chriſtum & ſuper Omnem Creaturam.
191. Maria Domina Annæ, id eſt Gratiæ Filia.
193. Maria Domina Angelorum.
A 196. ad 204. Maria ſi ſecundo inſtanti Sanctificata, Ergo & Primo.
205. Si Chriſtus non ex Conjugata debuit naſci ob immunditiam corporalem, Ergò neque ex infecta peccato ob immunditiam ſpiritualem.
209. Si nos per Gratiam Chriſti præſervamur à peccatis. Ergò & Maria.
213. Maria propinquisſima Authori Gratiæ.
216. Maria Sponſa Dei à Libano veniens.
A Num. 217. ad Num. 220. Maria pro Natura humana conſentiens. Ergò non vitiata.
A Num. 221. ad num. 235. Argumenta Contraria refelluntur.
A Num. 236. ad 241. Juridica argumenta adferuntur.
242. Eſther exemplum adducitur.
244. ad 248. Præſtantisſima Redemptio declaratur.
251. Ab omni debito culpæ libera Maria.
253. Solus Sanctus in Conceptione ex natura & unione Hypoſtatica.
256. Maria ſola Sancta ex Gratia & Adoptione.
A Num. 258. ad 265. Mors naturalis non eſt ſignum Originalis culpæ in Maria.
266. Concluſio intermedia ad Matrem Dei ſemper Virginem, habens conglobationes argumentorum.

267.

267. Ab Authoritate Eccleſiæ Feſtum ſub nomine Conceptionis celebrantis, dignisſimam appellantis.
268.269. Sacram prædicantis.
270. Ab Authoritate Conciliorum & Summorum Pontificum.
271. Ab Authoritate Sanctorum Patrum.
272. Ab Authoritate Theologorum plurimorum & Academiarum.
273. Ab Authoritate Imperatorum Regum, Ordinum, Provinciarum, Civitatum; & Antiquitate Temporum.
275. A Certitudine Miraculorum Viſionum & Revelationum.
276. Ab Authoritate Scripturæ & Rationis Dictamine.
277. Reaſſumuntur Tituli. Ac primum Maria ſtella maris.
280. Maria Lampas, Pharos, Lucerna.
282. Maria Janua cœli, Porta Paradiſi.
283. Maria Paradiſus.
284. Maria Hortus Concluſus.
285. Ex Maria Fons magnus.
287. Maria Fons ſignatus.
288. Maria Fons aquæ vivæ.
289. Maria Puteus aquarum & Natatoria Siloe.
290 Maria Probatica Piſcina & Gratiarum Aquæductus.
291. Maria Ciſterna Bethleemitica.
292. Maria Abyſſus Aquarum & Mare Gratiarum.
293. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.
294. Maria Aura DEI poſt meridiem.
295. Maria non guſtavit Lignum ſcientiæ.
296. Maria Arbor vitæ.
298. Maria Oliva fructifera.
299. Maria Vitis.
300. Maria Platanus, Terebinthus.
301. Maria Cedrus, Cupreſſus, Palma.
302. Maria Laurus.
303. Maria Arca Noë.
306. Maria Columba.
310. Maria Turtur.
311. Sicut Paſſer eſt erepta.
312. Maria Aquila.
313. Maria Phænix.
314. Maria Arcus DEI in nubibus.
315. Maria Cœlum ſtellatum.
316. Maria Semen benedictionis.

317. Maria Campus, Pratum.
318. Maria Ager.
319. Maria Thesaurus.
320. Maria Scala Jacob.
322. Maria Sancta Domini via.
325. Maria Rubus incombustus.
326. Maria Visio Moysis.
328. Maria Virga Moysis.
329. Maria Virga Aäronis.
330. Maria Virga Jesse.
332. Maria Virga Directionis, Sceptrum DEI.
334. Maria Columna Nubis & Ignis.
335. Maria Nubes.
336. Maria Ignis.
337. Maria Mons Sinai.
340. Maria Mane Manna stillans.
342. In Maria Thesauri nivis.
243. Maria Arca testamenti & fœderis.
347. Maria Arca sanctificationis DEI.
349. Maria Sanctuarium DEI & Propitiatorium.
350. Maria Tabernaculum Testimonii.
353. Maria Aureum Candelabrum.
354. Maria Rationale Summi Pontificis.
355. Maria Vas honoris.
356. Thymiamatis Altare.
357. Balsamum, Myrrha, Cinnamomum.
358. Maria Petra.
359. Maria Vellus Gedeonis.
360. Maria Favus Samsonis.
361. Maria Domus Sapientiæ.
363. Maria Thronus Salomonis.
264. Maria Ferculum & Lectulus Salomonis.
365. Maria Dei Conclave & Requies.
367. Maria Thalamus & Triclinium DEI.
368. Maria Palatium & Gazophylatium.
370. Maria Solium gloriæ DEI.
371. Maria speculum DEI & Imago.
372. Maria Lilium.
373. Maria Rosa & Heliotropium.
374. Maria Viola.

375. Maria Flos & Planta.
377. Maria Concha.
378. Maria Gemma & Margarita.
380. Maria Cœli & Terræ Delicium.
381. A Triumphante Ecclesia omnem habens respectum.
383. Maria Judith & Esther.
384. Maria Gloria Hierusalem.
385. Mariæ cedit Eva.
386. Mariæ cedit Sara.
387. Omnes Illustres Fæminæ veteris Testamenti cedunt decora sua.
390. Maria Orbis Compendium & Novum à DEO Creatum.
391. Maria Medium salutis.
392. Maria Mater pulchræ dilectionis.
393. Maria Tegumentum. & Purpura Regis.
395. Maria Charta Divinissima.
396. Maria Liber vitæ.
400. Maria Pupilla & Mammilla.
401. Maria Cæli & Terræ Ocellus.
402. Maria Cor DEI.
403. Maria Collum Ecclesiæ.
404. Maria Turris David.
406. Maria Ecclesiæ Murus.
407. Maria Clypeus, & spes.
408. Maria Virtus, Salus, Vita.
409. Maria Promontorium, Fons.
410. Maria Clavis Cœli & Fenestra.
411. Maria Porta Orientalis, & Forma DEI.
412. Maria Omnibus omnia.
413. Acclamatio.
415. Ave.
416. Maria, & Mara.
417. Maria Nigra sed formosa,
418. Maria ad Mortem Filii & suam resignata. Ergo jure purè concepta.
421. Gratia plena.
422. Optimam partem elegit Maria.
423. Dominus cum Maria.
424. Benedicta in mulieribus.
427. Benedictus fructus ventris Mariæ.
429. Magnificat Anima Mariæ Dominum.
430. Deus Salutaris, Mariæ singularis.

431. Reſpexit humilitatem Ancillæ.
432. Nec eam permiſit coinquinari.
434. Beatam Mariam dicunt omnes generationes.
435. Fecit Mariæ magna qui potens eſt, & Sanctum nomen ejus.
438. Miſericordia Dei erga timentes ſe.
439. Erga Mariam.
440. Fecit potentiam in brachio ſuo.
441. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
442. Depoſuit potentes de ſede ſua Maria.
444. Humilem Mariam exaltavit.
445. Eſurientem replevit.
446. Et ultra reliquum ex Magnificat.
449. DEUS Mariæ locutus ante Patres.
450. Maria Mater Emmanuelis.
455. In ea & bonum probavit, & malum reprobavit.
452. Ante Colles mundi parturiebatur Maria.
454. Tunc præcepit Mariæ DEus in Jacob, in Iſrael, & in Electis manere.
456. Filius Mariæ in domo Jacob regnaturus, non Abrahæ, non David.
458. Quia Dæmon ſupplãtatur in Maria, qui Calcaneo ejus inſidiabatur
460. Sed Maria Caput ejus, nimirum Originale peccatum contrivit.
461. Maria Salvatrix cum Chriſto.
462. Adjutrix.
463. Reparatrix, Advocata, Mediatrix.
465. Votum pro Immaculatæ Conceptionis definitione.
466. Mariæ Sanctitas poſt DEum maxima.
467. Minus eſt quod dicitur in laudem Mariæ.
468. Hinc maxima dicenda de Maria.
469. Quidquid melius eſt.
470. Mariâ Matre DEI nihil majus.
471. Filius DEI ſummam Matrem ſibi adoptavit.
474. Maria Mater noſtra in cœlis.
475. Nos Filii ejus in Joanne.

A Num. 476. Usque ad 492. Applicatio Orationis Dominicæ ad Deiparam ſemper Virginem, & ad nos.

A Num. 493. Concluſio cum invocatione Magnæ Matris pro Puritate, & felici Fine.

NB. Omnes Vocales in fine & principio ſibi ſimiles eliſione jungendæ in unam ſyllabam, præter Num. 12. 1. verſu. Num. 99. 3. verſu. & Num. 242. 13. verſu ob Textum Scripturæ non mutandum.

ERRORUM TYPI CORRECTIO.

Fuerit licet omnis diligentia Typi adhibita; ne quid erroris irreperet: festinatio tamen præli aliquos admisit; qui sic à Benevolo Lectore corrigendi.

Ponatur igitur

IN Iconis Analysi. *Malach.* pro *Matth.*
1. Fol. 3. v. 10. ad *Immaculata* in Margine Addatur *Cant.* 5. 2.
2. Fol. 9. v. 2. *Torus* pro *Thorus.*
3. Fol. 10. v. 9. *Plenâ* pro *Pulchrâ.*
4. Fol. 39. v. ultimo Explicatio omissa in Margine. *Nasci in utero.*
5. Fol. 49. v. 12. *Sangvine* addatur *es.*
6. Fol. 52, v. 9. *Forsan* pro *Sorsan.*
7. Fol. 57. v. 7. *Portum* pro *Portam.*
8. Fol. 59. v. 9. *Bethlehem* pro *Bthleem.*
9. Fol. 61. v. 14. *Stygis* pro *Strygis.*
10. Fol. 63. v. 6. *A quâ* pro *Aquâ*
11. Fol. 64. v. 6. *Visa* pro *Usa.*
12. Ibidem, v. 19. *Thesaurum* pro *Thelaurum.*
13. Fol. 68. ad v. 7. In Margine Omissum *Ps.* 103. v. 3.
14. Fol. 70. v. 11. *Ligno* pro *Cygno.*
15. Fol. 78. v. 11. *Sara* pro *Sacra.*
16. Fol. 81. v. 9. *Terræ* pro *Terreæ.*
17. Fol. 83. v. 19. *Claritas* pro *Charitas.*
18. Fol. 85. v. 10. *Defuit* pro *defluit.*
19. Fol. 87. v. 7. *Cûi* pro *Cui.*
20. Fol. 93. v. 12. Lege. *Ibi Eva, hìc MARIA.*
21. In Elencho Num. 116. *Terra* pro *à Terra.*
22. Num. 166. *Concept.* pro *Concepit.*
23. Num. 409. *Pons* pro *Fons.*
24. Num. 458. *Dæmonis supplantator* pro *Dæmon supplantatur.*
25. In Penultimo versu pro 13. ponatur 2.

Sunt errrores in Citationibus Marginalibus, sunt & in Commatibus ac Periodis, in Literis majusculis & minoribus; quos omnes prudens Lector facilè ex sensu dispiciet, corriget & dispunget.